



**Interim, hoc est, Constitutio praescribens qua ratione Sacrosancti Imp. Ro. Status in negotio Religionis usq[ue] ad decisionem Concilij Tridentini, sese mutuò gerere ac excipere debeant, in nu?c habito Augustae Co?[n]uentu xv. Maij a?aes. M. publicata.**

<https://hdl.handle.net/1874/454778>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

I548

I549


F. Oct

98











F. oct.  
98

ueat sic iūge canonic⁹ reglarū & sū d  
iūge canonic⁹ scolaris idē ē n. q. reglarū  
scolarū q. nichil ē ac si dixerēt alibi iūge. **S**  
i. canonic⁹ si nō est reglaris i. cō. ut. tū q.  
iūda sic ip. q. magis eē nouit scolaris i. c.

signū celeste  
dam sū h. ca.  
a nos cen. q.  
palam pūit  
quismada n.

Miscellanea Theologica

Octavo n<sup>o</sup>. 98.

La fat 7 canoro ad ubi meut 7 cano ut  
fue di ubi nar ca qm amnes pmo fis mi  
bibz caridialuar. **F**ie a canoro h accenata  
g<sup>o</sup> fentateoz qz nolans canoat 7 luceat  
7 h amatu thurubulu 7 lam<sup>o</sup> 7 po p cāda

Est Suberti Burcholy

ad sancta Maria Tracti

reperitur de orationibus 10

Non viti p[ro]p[ri]o et usq[ue] seray  
ingamulo.

Allunya laudare dominum  
Hofam a[ut] salua, absens

intra de

intra not

Inaharum

enahar 10

Exidm 10

Januaribus Eusebianus  
Circensio magos mittit  
ad undmas pontis

Janus bisextus  
primus et secundus  
terc

Antonomo agnes s' idit  
paulus jam conuersus est

februarius

februus primus

De purgat nra agatha  
nra nra prodibit haktus  
De untrabit petro

et macta ja hominibus  
macta jan de macta quod  
primogenitum  
erat

Benedictus

7

Aprilis quæsi aperit hanc aperit  
gloriam

Aprilis Ambrosio gaudet  
Et in martyre Tyberius  
pre diat mox februarii  
marci statio uenit

Mañs a martiribus ta magna mris  
may matis

Mañs Eucum iuuat  
obhuncatur panratibus  
Iuñtu jam hec pectat  
vabano udit astat

Junius a iuuatibus ta iuuat

Nicomedeo Bomfano  
forum ~~re~~ reportat  
vitus segdens mox promittit  
Babiste atq; petro

bib breim fura f... lic... atq; p... hanc  
Hic ubi p... in Junius...

Julius <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup>

Jam Maria refert missi.

Cyrillus inquit

ut exirem in hordia

magdala Jacobusq; reportat

Augustus <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup>

Petrus entisq; frangit

Domini hincetms et Maria

ad oculos vocant

En Bartholomaeo Johanne

September <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup> <sup>et Augustus</sup>

Agri lactus gaud

maria nata est

Eximio exaltant Cuncti

matthaeus volat obuius michel

October

Banoniū Franciscus monit  
providet dux hyemi  
Lucas Jam pluit  
Cenerinus flat  
Symon Solat

November

Vinice Sancti exultat  
adest martini musto madidus  
Elizabeth profert <sup>andreas</sup>  
Cathar Amphoran

December

Jam velet Barbam Nijelis  
Concepit vugo  
Lucia orulos recit  
Thomas recit  
nascitur mundo deus



Ex marcopedio

Equat gregorij et later leuhy vmbro

Expon de consouit autui h. liben

Solstitiu geminu dai ano luna vity

Int caru estiuo f. b. v. m. d. a. p. o. m.

V. s. p. t. g. d. m. t. h. e. d. m. y. f. r. e. v. l. h. a. g. e. r. a. e. s. t. i.

Bartholom. d. e. t. a. m. i. n. i. d. e. r. o. s. i. p. p. b. r. a. m.

July a. a. m. d. i. o. s. i. x. h. e. b. d. o. m. a. d. a. s. e. a. m. b. p. u. s.

Da. p. a. s. d. m. o. a. m. e. n. t. i. c. o. r. d. e. d. i. c. t. y.

q. u. o. d. q. u. e. t. a. n. q. u. e. m. l. l. h. i. z. y. r. e. u. s. v. s. i. y. h. z.

No. i. h. i. m. a. u. g. u. e. o. b. q. u. i. p. u. g. u. e. r. d. h. o. p. t. s.

S. i. m. o. d. o. d. e. p. t. o. r. i. a. u. e. o. b. t. i. n. a. t. h. e. m. s. y.

Cosma m. e. t. a. o. t. i. p. r. i. m. o. m. e. d. a. n. a. u. d. e. t.

N. s. a. u. d. e. s. t. y. g. i. g. p. l. e. u. s. v. t. o. r. q. d. a. u. d. e. t.

Eff. r. o. m. i. t. m. o. n. a. c. h. y. p. l. u. a. g. p. r. a. n. g. a. n. g.



July et a medio sex h[ab]itauerunt  
das sang vut

Aspre ub axe zunt Boreas  
sed Eurus ub v[er]u

Auster ariet mediu[m] solem  
Zephyrusq[ue] cadentem

subsolung Eury. f. octy  
funonig Zephyry omesub

Auster northy a vire du

Boreas Aquilo a f. y[er]uon

Curraxu oratio

lah illo yllalorh. t. non est d[omi]n[us]  
nisi v[er]y deus

N. 37. B.

# INTERIM,

HOC EST,

## CONSTITVTIO

præscribens, qua ratione Sacrosancti  
Imp. Ro. Status in negotio Religio-  
nis, vsq; ad decisionem Concilij Tri-  
dentini, sese mutuo gerere, ac excipere  
debeant, in nunc habito Augustæ con-  
uentu xv. Maij, à Cæs. M. publicata.




*Donum vul. a  
Biblioth.*

L V G D V N I,

Apud Theobaldum Paganum,

M. D. XLVIII.





2  
P R O L O G V S .



*V*AMQVAM  
sacra Cæsarea ma-  
iestas ab initio  
sui regiminis ni-  
hil magis in vo-  
tis habuit, quàm  
vt ea tractarētur  
& promouerentur, quæ vniuerso  
orbi Christiano, & in primis sa-  
cro Imperio Germanicæ nationis,  
tanquàm dilectæ patriæ suæ, ad  
honorem, vtilitatem, ac felicem sta-  
tum ipsius, conseruandamque sub  
alis & felici Maiest. suæ admini-  
stratione, omnium ordinum pacem  
concordiã & tranquillitatem vllò  
modo conducere possent: tamen  
sua Maiest. iam dudum satis per-  
spicuis indicijs sensit, & re ipsa ex-  
perta est, absque Christiana com-  
A 2 positione

PROLOGVS.

positione, vel legitima determinatione huius exorti perniciosissimi controuersæ religionis dissidij, ex quo hætenus omnes discordiæ, rancores, bella, angustia, & grauamina statuum processerunt, vllam huiuscemodi firmæ pacis, iustitiæ & publicæ tranquillitatis spem non superesse: Ideo sua Maiest. antea varijs super ea re institutis colloquijs & tractationibus nullum non mouit lapidem, quò exitiale hoc dissidium ad Christianam concordiam, vel saniorè intellectum promoueretur.

Verum, cum in prosecutione illius operis res ipsa declararet, illud dissidium adeò altas egisse radices, vt iam non solum Germanicam, verum etiam multas alias Nationes attingeret, omnibusque eis cõmune esse cõperit, ita vt visum sit,



fit, huic tam graui morbo vlllo alio  
conuenientiori remedio, quàm per  
viam vniuersalis catholici Con-  
cilij, subueniri non posse: impetrauit  
tandem ad preces Statuum sua Ma-  
iestas, post multas in ea re habitas  
tractationes, quod generale Con-  
cilium in Germanica natione Tri-  
denti conuocatum & celebrari cœ-  
ptum sit. Quapropter & horum Co-  
mitiorum initio cum Statibus ita  
egit, eosque permouit, vt insequen-  
tes sanctorum patrum maiorumque  
nostrorum vestigia, qui in negocijs  
fidei semper ad sacra Concilia re-  
currere, eisdemque obtemperare so-  
liti fuere, in adhæsiōem & submis-  
siōem huius Concilij cōmuniter  
consenserint, ac vltius suæ Ma-  
iest. liberum permiserint, de Chri-  
stianis ac conuenientibus medijs  
cogitare, quibus medio tempore



P R O L O G V S.

vsque ad finē ac determinationem  
 Concilij omnis Status piē & pacifi-  
 cē simul viuere & habitare queant,  
 ita vt nemo contra ius ac æquitatē  
 grauetur. Et sicut sua Maiest. tunc  
 temporis huiusmodi Statuum con-  
 sensum ac remissionem clementissi-  
 mo animo suscepit, ita & nunc non  
 minus suscipit.

De negotio verò ipso remissio-  
 nis, tanquam per se grauissimo, sua  
 Maiest. hætenus paterno affectu  
 fideliter & cum summa diligentia  
 deliberauit, Statuumque senten-  
 tias (sicut ipsimet sciunt) exquisi-  
 uit: reque perpensa, non sine do-  
 lore animi percepit, quàm immen-  
 sa incōmoda huic inclytæ nationi  
 hætenus ex prædicto dissidio fue-  
 rint illata: quæ calamitas & perni-  
 cies ex eodē impendat, ita vt inc-  
 uitabilis necessitas expostulet pro  
 consti

constitutione ac conseruatione firmæ pacis, iustitiæ, vnitatis, ac pro tollendis discordiarum seminibus, hanc rem vsque ad progressum & determinationem generalis Concilij, non in præsentî statu & confusione, quasi suspensam relinquere, sed potius ad maiorem Christianam concordiam, moderationē, ac sanio rem & propiorem intellectū reducere, varijsque ingruentibus cōtrarijs opinionibus amplius non conuiuere, vel committere, vt per eas publica pax amplius turbetur & impediatur.

Dum igitur Maiest. sua in hoc tota est occupata, per opportunè contigit, quòd quidam viri magni status & nominis, proculdubio bono quodam zelo erga Christianam concordiam, pacem & tranquillitatem, & ex vero erga patriā amore,

P R O L O G V S.

adiunctum hoc consilium & sententiam ipsorum suæ Maiest. propofuere, exactius discutiendam tradidere, seque diligenter eam obseruatuos polliciti sunt.

Id consilium sua Maiest. nonnullis egregijs sacræ scripturæ peritis, ac probatis doctoribus, videndum commisit: ex quorum relatione animaduersum est, id si in recto Christiano sensu intelligatur, à nostra vera catholica religione & ecclesiasticis doctrinis, statutis & ordinationibus, exceptis duobus articulis, Communionem sub vtraque specie, & matrimoniū sacerdotum concernentibus, non abhorre-  
re: sed ad promouendam ac impetrandam pleniorẽ controuersię religionis Christianę concordiam, conseruandamque in sacro Imperio publicam pacem & trāquillitatem,

tem, conducere: quemadmodum & adhuc Maiest. suæ, attenda qualitate horum temporum, ita videtur: nihilque magis in votis est, quam vt omnes ordines sub ipsius Casareo regimine, sicut ex officio hoc suæ Maiest. incumbit, in religione concorditer & pacificè simul uiuant ac conueniant.

Itaque Maiest. sua communes Status, qui hætenus ordinationes & statuta vniuersalis Ecclesiæ obseruarunt, requirit, clementer petens, vt & in posterum ea obseruēt, constanter in ijs permaneant, perseuerent, nec desciscant, vel quicquam immutent, quod se facturos esse cōstanter asseruerūt. Reliquos verò Status, qui innouationem instituerunt, pari modo Maiest. sua clementer & seriò requirit, vt vel communibus Statibus sese rursus

P R O L O G V S.

coniungant, & cum illis in obseruatione statutorum ac cæremoniarũ vniuersalis ecclesiæ Catholicæ consentiant: vel saltem in doctrina sua & ecclesiasticis ordinationibus cū prædicto consilio sese omnino conforment, nec vltra illud quicquam instituant, vel attentent. Et casu quo vltèrius se intromississent, per omnia sese præfato consilio & confessioni confirmet, firmiterque in eo permaneant. Et vt omnes Status, ad promotionẽ publicæ pacis, quietis, & vnionis, prædictum scriptum pro nunc tolerant, neque illud impugnent, aut contra illud doceant, scribant, aut concionentur: sed omnes Status vniuersalis Concilij declarationem atque determinationem patienter & obedienter expectent.

Nihilominus Maiest. sua omnẽ dilig

diligentiam adhibebit, nihilque in tētatum relinquet, quò Concilium vniuersale iuxta Statuum requisitionem quàm primum celebretur, & Germanica Natio à præfenti Schismate penitus liberetur.

Similiter & Maiest. sua iam tota in eo est occupata, vt Catholica quædam Reformatio concipiatur, in præfentibus quoque Comitijis ipsis Statibus publicanda : de qua sperandū sit, ipsam vsque ad determinationem sæpe dicti Concilij, ad tollendos abusus & scandala, atque ad plantationē & conseruationem Catholicæ disciplinæ, rationis viuendi & virtutum, non parum frugiferam esse futuram.

Et quum in sæpe nominato Concilio, sub rubrica de Cæremonijs, inter alia contineatur, si quid in illis succreuerit, ex quo superstitio  
oriri

P R O L O G V S.

oriri posset, vt illud tollatur, &c.  
 Reseruat sua Maiest. sibi in eo &  
 alijs articulis, vbi & inquātū opus  
 fuerit, nūc vel deinceps omni tem-  
 pore potestatem cōuenienter sta-  
 tuendi ac disponendi. Quicquid  
 enim sua Maiest. ad promouendā  
 Dei gloriā, ad componendā con-  
 trouersam Religionem, cōseruan-  
 dam firmam pacem, Iustitiam &  
 tranquillitatem in sacro Imperio  
 Germanicę Nationis, denique ad  
 vtilitatem & commodum commu-  
 nium statuum suscipere, institue-  
 re, efficere & promouere poterit,  
 in eo sese iuxta officium suum

Imperiale cum omni  
 clementia exhibet  
 promptissi-  
 mam.

DE



INTERIM. 7  
DE CONDITIO-  
NE HOMINIS

ANTE LAPSUM.



DEVS creauit initio Gene. 1.  
hominem ad imaginē  
& similitudinem suā,  
eumq; gratia ornauit,  
& fecit per originale  
iustitiā, vt esset omni-  
bus cū corporis, tum  
animi viribus rectus, nec agigaretur vllis  
turbidis & prauis motibus: sed in eo ca-  
ro spiritus, atq; inferiores animi vires su-  
perioribus, quæ tantū ad bonum hor-  
tabantur, parerent.

Cū igitur animus hominis tam be-  
ne constitutus esset, reliquit eum Deus  
in manu consilij sui vsq; eò, vt non mi-  
norem haberet vim ad eligendum bo-  
num, quā malum.

Eccl. 15.

Quod si hac libertate sua vsus fuisset  
rectè, & mādatis, quæ ipsi Deus dederat.  
obedisset: bona quæ acceperat homo, atq;  
iustitiā sibi & omni posteritati suæ cōser-  
uasset, nihilq; ei ac posteritati ipsi<sup>9</sup> defuis-  
set ad bene beatèq; viuendū: non fames,

NONA



I N T E R I M.

non sitis, non frigus, non æstus, non dolor,  
non morbus, non mors eū afflixisset: omne  
deniq; peccatū atq; vitiū vitasset: nec ab  
illis, tanquā peccatorū stipēdijs, periculū  
ei vllum posterisq; illius allatum fuisset.

De cōditione hoīs lapsi.

- Rom. 5. Verūm postquā primus parēs noster  
contrā, quā mādauerat Deus, fecit: in-  
cidit in pœnā à Deo propositā, & iusti-  
tiæ originalis donū pulcherrimū amisit:  
hinc carentia iustitiæ huius, vnā cum vi-  
tioso cōcupiscentiæ habitu, quæ spiritui  
& superioribus animi viribus perpetuò  
repugnat. Quod peccatū (hoc est, priua-  
tionem illius iustitiæ, qua parte rationē  
subditā reddebat Deo) vnā cum concu-  
piscencia in omnē posteritatem suā pro-  
pagauit, vt cum eo omnes, quotquot in  
hanc lucē eduntur, homines nascantur:  
nec eo vacuus sit vllus, nec vnus quidē  
dici infans, secundum scripturas.
- Iob. 25. Hinc illud nature nostrę vuln<sup>o</sup> vt aīa-  
lis homo nō percipiat quæ sunt spūs, nec  
eadē ante gratiā expetat atq; liberē eli-  
gat: cū cōcupiscētiæ & affect<sup>o</sup> carnis, q in  
Rom. 5. eo dñatur, inimicitia sit aduersus Deū, &  
à lege dei abhorreat: tātōq; magis impe-  
diat

diat i bono, quāto magis ad malū ipellit.

Et quāquā retinet homo talis libertatem arbitrij, licet infirmam & læsam, ex qua tanquā fonte profluunt & virtutes morales ethnicorū, & harum actiones: tñ ante gratiā Dei & reparationē, ad iustitiā q̄ corā Deo valeat, aspirare haud pōt: sed est potius seruus peccati, satanæ mancipiū, inimicus Dei, & malis huius mūdi obnoxius: premitur enim fame, siti, frigore, æstu, dolore, morbo, & ad extremum morte ipsa eueritur: per vnū enim hominem peccatū in hūc mundū introiuit, & per peccatum mors. Hæ aut̄ istius primæ præuaricationis pœnæ, renatis cum peccatoribus communes sunt. Illis tamen à Deo etiā ad exercitiū adhibetur: iniustis verò & impijs infliguntur ad pœnam.

Rom. 5.

Adde huc quòd in hoīe tali, quē peccatum originale, deprauauit, quoad naturam tñ cōstat, nec per gratiā instauratur, regnat vnā cū cōcupiscētia praua etiā satā, qui eū vinculis seruitutis suæ cōstrictum tenet, in eoq; operat̄, vt cōuersetur in desiderijs suis, faciēs volūtate carnis & cogitationū, ac originale qd̄ à parētib<sup>9</sup> traxit peccatū actualibus cumulet, sitq; fili<sup>9</sup> irę, scđm Apostolū, vt sū i hac miserima cōditione

ditione sua moriatur, iusto tandem Dei iudicio in gehennā coniectus, æternis ibi  
 Esaię 65. supplicijs plectatur, vt nec ignis eius (vt apud Esaiam scriptum est) extingatur, nec vermis moriatur.

## De redēptione per Christum Dominū nostrum.

Iohan. 3. Deus igitur, qui diues est in misericordia, nolens perire quos cōdiderat, filium suum misit in mundum, vt cū impossibile esset homini, seipsum liberare, in domino hoc nostro atq; saluatore haberet redemptionem per sanguinem eius, vt scriptum est apud Apostolum.

Rom. 3. Posuit enim Deus super eū iniquitates nostras, vt in corpore suo peccata ferret in cruce, affigēs ea in ligno. Hic cū innocens pro nobis peccatoribus patere-  
 Ephē. 1. ret in cruce, affigēs ea in ligno. Hic cū innocens pro nobis peccatoribus patere-  
 Esaię. 53. tur atq; satisfaceret, redemit quidē nos,  
 1. Pet. 2. & Deū patrem ita placauit, vt idē pater miseros nos & peccatis inquinatos, ob sanguinē ipsius absolueret, ac sibi reconciliaret. Verē enim (inquit Paulus) erat  
 2. Cor. 3. Deus in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.  
 Et quanquā Deus gratuito & propter nomen.

nomen suum propicius est nobis, & iniquitates nostras delet propter se, tamen Roma. 3.  
 ne sine vlllo satisfactionis precio peccata remitteret, ad ostensionē iustitiæ suę pro incomprehensibili sapientia & immensa bonitate sua, Iustitiã cum misericordia miscuit, & voluit, vt preciũ pro redimendis nobis filij sui sanguine cõstitueretur, vt quas nos peccatores dare deberemus pœnas, easdem agnus ille innocentissimus perferret in cruce, nosq; è vulneribus ipsius, quod nobis miseris deesset, redemptionis preciũ mutuari, & ad liberationem salutemq; nostrã usurpare possemus, vt cum misceatur nostri benignissimus pater gratuito, nõ tamen misceatur nisi interueniente sanguine filij sui, vt quod nobis hic gratis cõtingit, id tamen meritò ac iustitiæ Christi acceptum ferre debeamus, vt quicunq; gloriatur, 1. Cor. 1.  
 in hoc Domino redemptore & saluatore nostro gloriatur.

## De Iustificatione.

Iam qui precioso sanguine Christi redimitur, & cui meritum passionis Christi applicatur, cõtinuò is iustificatur: hoc est, inuenit remissionē peccatorũ suorũ

I N T E R I M.

à reatu æternæ dñationis absoluitur, & releuatur per Spiritũ sanctum, atq; ita ex iniusto fit iustus. Nã Deus, qñ iustificat nõ humano tantũ more agit cũ homine, vt ei ignoscat dumtaxat. peccatũ donet, & reũ absoluat, sed facit etiã meliorẽ: id quod homines attribuere nec solẽt, neq; possunt. Cõmunicat nãq; cũ illo de spiritu suo sancto, qui purificat cor eiº, & per charitatem in eodẽ corde diffusam incitat, vt quod bonũ ac iustũ est, expetat: & expetitur, opere ipso persequatur.

- Hęc est vera illa iustitiã inhæretis ratio, quã desiderabat Dauid, cũ hęc emitteret vocẽ, Cor mundũ crea in me Deus, & Spiritũ rectũ innova in visceribº meis. de hac Apostolus scribit: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis: & cũ inquit, Deũ secundũ suam misericordiã nos saluos fecisse per lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quẽ effudit in nos abundãter per Iesum Christũ saluatorẽ nostrũ: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spẽ vitę æternæ.
- Matt. 5. Quanquam autem iustitia hęc, quæ è fonte legis spiritus profluit, lógè est abundantior, quàm fuit scribarũ atq; phariseorum iustitia: tamẽ in ijs qui hac præ-
- Psal. 50.  
 1. Cor. 6.  
 Matt. 5.  
 Galat. 5.  
 Rom. 7.
- ditis

ditum sunt, nihilominus concupiscentia repugnat spiritui, quoad hic uiuitur. Eò fit, ut *1. Ioã. 7.*  
 idẽ illi mente quod seruiat legi Dei, carne aut legi peccati, & sine peccato nõ uiuat.

Cum igitur homo plenam iustitię inherens *1. Cor. 10.*  
 rentis perfectionem, quoad in hac terra uiuit, non consequatur: certè Christus, qui factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio à Deo, nobis in hac etiam parte benignissimè succurrit, quatenus & per communicationem iustitię suę, iustitiam hominis de illa participantis inherens ut efficit, ita auget, ut de die in diem renouetur, donec in æterna patria plenè perficiatur, & per meritum sanguinis sui preciosi atque iustitiam, quã constituit perfectissimam, impetrat hominẽ indulgentiam: ut quod homo per infirmitatẽ suã minus potest, id per ipsius Christi perfectionem recuperetur ac condonetur. Hinc illa Iohannis consolatio: *Aug. contra Faustum lib. 19. ca. 7.*  
 Filioli, hæc scribo uobis, ut nõ peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Cõcurrunt quidem Christi meritum, & iustitia inherens, ad quam renouamur per donũ charitatis: inherens, ut ex ea piẽ,



## I N T E R I M.

iustè ac sobriè viuam<sup>9</sup> in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduētum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri. Sed meritū Christi, vt sit iustitiæ nostræ in-

Augu. li. hærētis causa, & vt cū in multis labamur  
 10. capi. omnes, ac propter infirmitatē imperfe-  
 7. contra ctionemq; nostram multa occurrāt, quæ  
 Faust. animos nostros turbare, & desperationē

solicitare possint, in eodē merito & precioso Christi sanguine respiremus, ac inueniamus quo ad spē salutis firmissimè

Galat. 3. niti valeamus. Nam in Christo Iesu Do-  
 Rom. 8. mino redēptore, & saluatore nostro, quē

induūt pij, & cū quo donantur eis omnia secundū Apostolū, omnia nobis sunt firmissima, solidissima, & perfectissima, vt eisdē ipsis ad spem viuā rectè fulciamur.

### De vtilitate & fructibus Iustificationis.

Rom. 5. Habent quidē iustificati pacē ad Deū per Dominū nostrū Iesum Christum: eis namq; Deus est placatus, misericors & propicius, vt sperare possint, si cū inimici essent, Deus recōcilauerit sibi ipsos p mortē filij, multo magis futurū esse, vt reconciliati saluētur, vt verbis Apostoli,  
 quæ

ue cōsolatiōis plenissima sunt, vt amur.

Item qui iustificantur, ijdem etiā adoptantur Deo filij, vt hæredes sint patris æterni in cœlis, cohæredes autē Christi, autore Paulo, & iam habeant ius ad eundē hæreditatis illius, quæ est vita æterna.

## De modo, per quē homo Iustificationem accipit.

Et si Deus nō ex operib<sup>9</sup> iustitiæ, quæ Roma. 3.  
facit homo, sed secundū suam misericordiam iustificat eum, idq; gratis, hoc est, sine merito ei<sup>9</sup>, vt si gloriari velit, in Christo tantūm gloriatur, cuius solius merito redimitur à crimine, & iustificatur: tamē 1. Cor. 1.  
Deus misericors non agit hic cum homine, vt cum trunco, sed trahit eum volentem, si adultus sit: talis enim non accipit beneficia illa Christi, nisi præueniēte gratia Dei, mens eius atq; voluntas moueatur ad detestationem peccati. Nam cū peccatum separet inter Deum & nos, vt Esai. 59.  
Esaias inquit, nemo ad thronū gratiæ & misericordiæ accedere potest, nisi qui prius per pœnitētiā ab eodem peccato fuerit auersus. Itaque Ioannes cū præpararet viā domino, dixit: Agite pœnitē-



I N T E R I M .

tiam, appropinquat enim regnū cœlorū.  
 Mar. 1. Mox eadem gratia diuina mouet men-  
 tem in Deū per Christum, vt hic modus  
 est fidei, per quam homo sine hēsitatione  
 credēs, scripturis sanctis & promissioni-  
 bus quas eadem afferūt, assentitur. Chri-  
 stus enim ipse, cū primò exegisset pœni-  
 tentiam, mox fidem talem requirit, in-  
 quiens: Quoniam impletum est tempus,

Mar. 1. & appropinquat regnum Dei, agite pœ-  
 nitentiam, & credite Euangelio.

Qui ita credit, & à diuinæ iustitiæ ti-  
 more, quo vtiliter concutitur ad cōfide-  
 randam misericordiā Dei & redemptio-  
 nem per sanguinē Christi, est conuersus:  
 hic erigitur, & mouente gratia Dei, cōci-  
 pit fiduciam atq; spem, vt credat præter  
 spem meriti sui, in spe misericordiæ pro-  
 missę, tribuēs gloriam Deo: atq; ita per-  
 ducitur ad charitatem.

Rom. 4.

Tali in Deum fide, quicūq; misericor-  
 diæ diuinę ac Christi merito nititur, seq;  
 eidem cōmittit, accipit promissionē spi-  
 ritus, & sic iustificatur per fidem in Deū,  
 secundū scripturam, vt ei non solum re-  
 mittatur peccatū, sed idem etiam sancti-  
 ficetur & renouetur per spiritum sanctū:  
 ea namq; fides impetrat donum spiritus  
 sancti

sancti, quo diffunditur charitas in cordibus nostris. Quæ quatenus ad fidem & spem accedit, eatenus per iustitiam inherentem verè iustificamur. Hæc enim iustitia, fide, spè ac charitate ita constat, ut si aliquã harum iustitiæ huic subtraxeris, eandem ipsam mancam planè reliqueris.

### De Charitate & bonis operibus.

Charitas autem, quæ est finis præcepti & plenitudo legis, simul ac iustificatione ingreditur, fecunda est, iamq; omnium bonorum operû semina intra seipsam includit: quæ ut parata est ferre bonos iustitiæ fructus, ita fert eos iniustificatos quã primum, & quoties debet, eiq; operandi facultas impedimèto aliquo non admittitur. Itaq; fides, quæ per dilectionem non operatur, nõ videtur viua, sed sterilis potius ac mortua, autore Iacobo. Psal. 1.  
Iac. 2.  
1. Co. 13.  
 Quinimo homo quantalibet fide præditus, si ei desit charitas, manet in morte, ut Ioannes testatur, cum præsertim charitas iam esse debeat pars vitæ æternæ in nobis inchoatæ, & tandem per glorificationem perficiendæ. Quanquam enim fides & spes desinet, cum ingrauerimus in illa æterna tabernacula, charitas tamen

I N T E R I M.

manebit, & in eadem ipsa introibit, vt secundum eam beatissimè viuere, ac Deo, qui tum nobis erit omnia, sempiterno æuo frui possimus. Est tamè fides nihilominus vera, qua Christiani ab infidelibus discernuntur, quatenus scripturis & reuelatis à Deo assentiuntur, etsi eadem à charitate disiuncta sit.

Ex hoc maximo Dei dono, quod quāto magis in nobis augetur, tātō magis vetustas carnis nostræ imminuitur, quæ manent tanquā è fonte bona opera, ad salutē cuiusq; iustificati tam necessaria sunt, vt qui ea nō fecerit continuò, gratiā Dei amittat, & tanquā palmes inutilis excindatur à Christo, & in ignem proiciatur, vt Christus ipse in euangelio suo docet.

Ioan. 15.

Mat. 7.

Et quanquam opera hæc talia sunt, vt Deus iure quodā suo ea à nobis exigere possit, & sancti, etiam si omnia quæ eis præcepta sunt, fecerint, & agnoscere & dicere debent se esse inutiles seruos: tamen cum ex charitate Dei profluāt, & gratiæ Dei effectus sint, ac quia Deus secundum suam voluntatem operatibus mercedem liberalissimè promisit, eadē & temporarium bonorum, & æternæ vitæ remuneratione dignatur, secundum Apostoli testimonio

stimoniū, inquietis, Abūdare in omni ope  
 re bono, sciētes quòd labor vester non est 1. Cor. 15  
 inanis in domino. Non enim est iniustus  
 Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dile Hebr. 6.  
 ctionis, quam ostendistis in nomine eius.

Ac iustificati iam vt serui facti iustitię,  
 mēbra sua exhibētes serua iustitię ad san  
 ctificationē, cooperante gratia, bonis ope  
 ribus abūdāt: & quāto magis eisdē abun  
 dant, tanto maiora iustitię incrementa  
 ipsis adiungūtur, vt qui iusti sunt, iustio  
 res fiāt. Ne verearis, inquit scriptura, iu Ioan. 15.  
 stificari ad mortē. itē, Qui iustus est, iu  
 stificetur adhuc. & Qui in Christo fru  
 ctuosus est, repurgetur à patre cœlesti, vt  
 fructum copiosorem ferat, vt Christus  
 ipse docet. Et hæc est illa ex operibus iu  
 stificatio, de qua Iacobus frater domini. Iaco. 2.

Quod reliquum est, etsi opera à Deo  
 mandata, vt necessaria ad salutem, sunt  
 præcipuè vrgenda, iuxta illud Christi: Si Mat. 19.  
 vis ad vitā ingredi, serua mādata: quę ta  
 mē præceptis superaddita aut piē aut ho  
 nestē suscipiūtur, ipsa etiā commendāda  
 sunt, ne à spiritu sãcto multa horū in scri  
 pturis sanctis cōmendante, discrepemus:  
 Aliàs relinquere aut vendere omnia, & se  
 qui dominū. Item seruare virginitatem

## I N T E R I M.

aut continétiam , bonum & vtile non ef-  
 set. Quinimo David, cū saltaret ante ar-  
 2. Reg. 6 cam , iure fuisset irrisus à Michol : item  
 1. Cor. 9. Paulus frustra remississet salariū ijs , qui-  
 bus verbum Dei prædicauerat.

Breuiter, discernēda sunt opera super-  
 erogationis , quæ supra præceptum (vt  
 verbo Chrysofomi vtamur) fiunt, ab iis  
 quæ cōtrā fiunt. Hæc enim Christus ipse  
 damnat, vt fermentum pharisæorum : at  
 illa spiritus sanctus, in scripturis loquens  
 Psal. 118 commendat , inquit : Voluntaria oris  
 mei beneplacita fac domine.

### De fiducia remissionis peccatorum.

Hic cauendū est, ne aut homines facia-  
 mus securos nimis, sibiq; fidētes , aut an-  
 xia dubitatione in desperationē impella-  
 mus. Itaq; cū Paulus dicat , se quidem  
 nullius peccati consciū, sed in hoc tamen  
 non iustificatur esse: homo nō potest sine  
 dubitatione propriæ infirmitatis aut indi-  
 spositionis , credere sibi peccata remissa  
 esse. Sed tametsi nō debet se in seipso ia-  
 ctare, non ita tamen terrendus est , vt de  
 promissis Dei, deq; mortis & resurrectio-  
 nis

nis Christi efficacia dubitet, & desperet se remissionē peccatorū & salutē consequi posse: quin ei omnis spes & totius fiducia certitudo esse debet in præcioso sanguine Christi, qui effusus est propter nos, & propter nostram salutem, in quo ipso respirare nos atque confidere & possumus certō & debemus, cōfirmante nos spiritu sancto, qui dat testimonium spiritui nostro, quōd simus filii Dei.

## De Ecclesia.

Nunc de Ecclesia, quæ est vniuersitas Christi fidelium, agendum videtur, in quā spiritus sanctus ita cōtrahit ac iungit renatos atq; Christiāos, vt sint vna domus, vnū corpus ab vno baptismo & vna fide, quæ (autore Paulo) vna est in omnibus Christianis. Itaq; necesse est, vitā Christianorū, vt ad perfectū finē quō tēdit Ecclesia, perueniatur, bonā esse ac piā: nemo tamē sibi ipsi psuadeat, vllā vitæ probitatem sibi profuturā esse, nisi se huic fidelium vnitati & cōmunioni iunxerit atq; accommodauerit. Sit igitur Ecclesia domus Dei viuētis & corpus illud, cuius caput est Christus: multi enim vnū corpus & vnus in Christo, inquit Paulus. Pro hac Eccle



Ecclesia idē domini⁹ noster Iesus Chri-  
 stus se tradidit, vt eam sanctificaret, mū-  
 dās ipsam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt  
 exhiberet sibi gloriosam, non habentem  
 maculam, aut rugā, aut aliquid huiusmo-  
 di, sed vt sit sancta & immaculata. Ac  
 Ephe. 5. cū Ecclesia vnica sit illa colūba & cor-  
 pus vnū, certē vt hanc solam spiritu suo  
 sanctificat & fouet Christus, ita extra eā  
 bona gratiæ suæ tribuit nemini. Qui igitur  
 in cōmunionē huius corporis nō est,  
 nihilo magis spiritu sancto viuificatur ad  
 salutem æternam, quā vllum membrū  
 naturale à corpore suo abscisū atq; auul-  
 sum ad vitam naturalem, eō quōd spiritu  
 vitali ab vno suo capite defluente, nō am-  
 plius vegetatur. Itaq; credēdum est, ne-  
 minē extra Ecclesiam Christianā & cō-  
 munionē eius spiritualem, vitā æternam  
 consequi posse. Cōmunionis autē huius  
 eam esse rationē, vt cū spiritus Christi,  
 ab eo vt capite delabatur in corpus suū,  
 hoc est, Ecclesiam & omnia membra eius  
 permeet, singula mēbra percipiāt ex eo,  
 quantum sibi satis sit ad salutem: & quod  
 singulis bonū cōtingit, id omnibus com-  
 modare, atq; adeō vniuersitati ipsi cōsu-  
 lere. Nā (vt ait Apostolus) crescunt mem-  
 bra in

bra in charitate per omnia in illo, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cō-  
 pactum & cōnexum per omnem iunctu-  
 ram subministrationis, secundum opera-  
 tionē vniuscuiusq; membri, augmentum  
 corporis facit in ædificationem sui in cha-  
 ritate. In tali coniunctione, atq; societate  
 hominum est summa coniunctio, dum 1. Cor. 12  
 membra pro se inuicem sollicita sunt. Et  
 siue patitur membrū vnum, compatiuntur  
 omnia membra: siue gaudet vnum  
 membrum, congaudent omnia membra.

Et quanquā Ecclesia, quatenus cōstat  
 membris talibus, quæ secundum charita-  
 tem viuunt, sanctorum est tantū, & ea-  
 tenus spiritualis & inuisibilis: eadē tamē  
 etiam sensibilis est, qualem Christus ipse  
 monstrat, inquit: Dic Ecclesiæ. Ad hęc Mat. 18.  
 eādē pertinent Episcopi, qui regunt po-  
 pulum, quem Christus sanguine suo ac-  
 quisit. Pertinent alii item ministri. De-  
 dit namq; Deus quosdam quidē Apосто-  
 los, quosdam autē Prophetas, alios verò Eph. 4.  
 Evangelistas, alios pastores & doctores.  
 Ad hanc eandem Ecclesiā pertinet ver-  
 bum Dei, quod in aures influit: pertinet  
 Sacramēta, pertinent clauēs ligandi atq;  
 soluendi, pertinet potestas coercendi per  
 excom



I N T E R I M.

excommunicationem, pertinet ius ordinandi ministros Ecclesiæ, pertinent vocationes ad munera Ecclesiastica, pertinet deniq; ius sancienti Canones.

Debent autem, quæ ad sensibile & externam Ecclesiæ partem pertinent, seruire ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Iam in Ecclesia nõ solum sancti, sed etiam mali, vt eius membra, licet arida, versantur: vnde eam Christus modò reti in mare iacto, & tam bonos quàm malos pisces cõprehendeti, modò agro seminato, bonas fruges & zizania simul ferenti, cõparat: nam qui mēbra facti sunt Ecclesiæ per baptisma, recidunt sæpe in crimina, faciūtq; se seruos peccati atq; æternæ damnationis reos. Et quanquã gratiã communionis sanctorũ & spiritualis ecclesiæ amittūt, hærent tamẽ nihilominus in externa Christianorum societate atq; Ecclesia: audiunt verbũ Dei, & Sacramenta capiūt, & alia itẽ sensibilia cũ Ecclesia habent communia, nisi vel per excommunicationem iustã, vel per Schisma, vel per Hæresim, vel per defectionẽ à fide Christiana abscindantur. Misera est quidem conditio eorum, qui ex peccato mortali

languent, & à spirituali communione re-  
 moti, in periculo æternæ dānationis ver-  
 fantur. Sed quia tamen eis verbum Dei  
 audire, & Sacramētis itē vti licet, vtiliter  
 hisce tanquam instrumētis diuinæ gratiæ  
 in communionem Sanctōrū restitui faci-  
 lius possunt: præsertim cū in Ecclesia etiā  
 externa spiritus sanctus salutem per ver-  
 bum Dei & Sacramēta operetur. Verūm  
 Schismatici, Hæretici, & à fide Christia-  
 na desciscētes, quia non solum à spiritua-  
 li, sed etiā externa Ecclesiæ societate se-  
 iuncti sunt, quā diu in hoc calamitoso  
 sunt statu, non habēt quo possint iuari  
 ac recreari, Imò tanquā mēbra à toto Ec-  
 clesiæ corpore abscissa, in suam ipsorum  
 perniciem putrescunt, non digni qui in  
 vlla corporis Christi parte consistant, cu-  
 ius vnitatem tam turpiter seindunt atq;  
 lacerant: hinc illud Apostoli: Hominem  
 hæreticum post vnam & alteram admo-  
 nitionem deuita, sciens quia subuersus  
 est qui huiusmodi est, & delinquit, cū  
 sit proprio iudicio condemnatus.

## De notis & signis Ec- clesiæ veræ.

Ac quæ

I N T E R I M.

Ac quoniam varii sunt cœtus humanæ confociationis operæ precium est notas & signa, quibus, Ecclesia ab aliis societatibus humanis discernatur, nosse: cū præfertim, qui ab Ecclesia vera deficiunt, Schismatici atq; hæretici cōstituant suos cœtus, eisq; authoritatem & nomen ecclesiæ adiungere non dubitent, & alii eorum alio in loco Christum esse dicant: à quibus vt caueamus nobis, Christus ipse monet. Sunt igitur signa Ecclesiæ veræ, hoc est, magnæ illius domus, in qua non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in honorem, quædam in contumeliam: doctrina sana, & rētus Sacramētorum vsus, quibus ab Ethnicorum & Iudæorum cœtibus Ecclesia disiungitur: quorum vtriq; & sana doctrina, & Sacramentis Noui testamenti carent. Tertium signum est vnitas, quæ vinculo charitatis & pacis continetur, ac mēbra Ecclesiæ ita conglutinat, vt non solum quod perpetuus Sanctorum consensus ab Apostolis vsque ad nos recepit & approbavit, idem sentiāt, sed etiam idem loquantur, monente Apostolo: Obsecro autem vos per nomē Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in

Mat. 14.  
2. Tim. 2

1. Cor. 1.

fint in vobis schismata, litis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quartum signum Ecclesiæ veræ est, quòd sit Catholica & vniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa, & per Apostolos eorumq; successores continuata vsque ad nos, successione propagata vsq; ad fines terræ iuxta promissiones Dei: Postula à me, & dabo tibi gètes P<sup>sal.</sup> 2.  
 hæreditatem tuam, & possessione tuam terminos terræ. Item, Multi venient ab Occidente & Oriente, & recumbēt cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cælorum. item, Et eritis mihi testes in Hierosolyma, & in omni Iudæa, & Samarija, & vsq; ad vltimum terræ. item, Et ego roga-  
 bo patrem, & alium paraclætum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Acta. 1.

Hæc duo signa distinguūt. Ecclesiam Christianam à Schismaticorum atq; hæreticorum gregibus, qui vinculum pacis rumpunt, & à Catholica vnione seipfos in suam ipsorum perniciem diuellunt, dum partem suam toti atq; vniuersæ Ecclesiæ anteferunt. Ioã. 14.

C. De:

## De authoritate &amp; potestate Ecclesiæ.

Ioã. 10. Et si scriptura, vt Christus inquit, solui non potest, & idcirco immobilis & omni humana authoritate maior est, tamé fuit penes Ecclesiam authoritas discernendi scripturas veras ab adulterinis. Hinc est ille Canon scripturarú, qui germanas à falsis, quæ sub nomine Apostolorum atq; discipulorum domini obtrudebantur, discreuit.

Et vt Ecclesia huius rei authoritaté, potestatemq; habuit semper, sic etiam interpretandi atq; aded ex eisdem scripturis eliciendi & explorádi dogmata: quippe cum huic spiritus sanctus non desit, qui ipsam in omnem ducat veritatem, quemadmodum Christus ipse promisit. Hinc illud Petri: Omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione nõ fit, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: atq; hæc interpretandi potestas cum primis necessaria est, in ijs præsertim quæ difficilia sunt intellectu, id quod res ipsa docet.

Habet præterea Ecclesia traditiones,  
à Chri

à Christo & Apostolis per manus Episcoporum ad hæc usque tempora delatas: quas qui cōuellit, is negat eandem columnam esse & firmamentum veritatis. Huius generis sunt baptismus paruulorum, & alia.

Constat item, potestatem coercendi atque excommunicandi esse penes Ecclesiam, idque ex instituto Christi de potestate ligandi. huic consentaneum est illud Apostoli: Tollite malum ex vobis. Mat. 16.  
1. Cor. 5.

Habet item potestatem iurisdicendi. Nam cui competit ius coercendi, & potestas iurisdicendi deesse non potest.

Ac si quæstiones dubiæ oriantur in Ecclesia, habet quidem hæc potestatem iudicandi de eisdem atque decernendi, idque per Synodum. & quod hæc, in Spiritu sancto legitime cōgregata, decernit, spiritus ipse sanctus decernere videtur, iuxta illud Concilij Hierosolymitani. Visum est Spiritui sancto & nobis. Itaque saluberrimam esse Conciliorum auctoritatem, dubitare debet nemo. Acto. 15.

Et quod ex eodem Concilio Hierosolymitano intelligitur, est etiam penes Ecclesiam potestas constituendi Canones: idque ad utilitatem Ecclesie, cuius potestas omnis est ad ædificationem, & non ad destructionem.



## De ministris Ecclesiæ.

Habet Ecclesia doctrinam diuinitus traditam, quæ populo explicanda est. Habet sacra & externa, quæ piè & salubriter ad vtilitatem Christianorû tractanda sunt atq; explicâda, quo minus ministri, qui muneribus ad has res necessarijs funguntur, eidê Ecclesiæ deesse vel possunt vel debent. Ac munera quidê hæc, omnibus Christianis communia non sunt: verum Deus ipse initio dedit quosdam quidem Apostolos, quosdâ prophetas, alios verò euangelistas, alios autê pastores & doctores, ad consummationê sanctorû in opus ministerij, in ædificationê corporis Christi. Itaque tempore Apostolorû non omnibus data fuit potestas ad functionem munerû Ecclesiæ, sed certis tantum, ijsq; ab eadem ipsa segregatis. Nam cùm Antiochiæ esset Barnabas, Lucius, Manahen & Saulus, ministrantibus illis domino (vt Lucas in actis Apostolorû scripsit) & ieiunâtib; dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulû & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Cauendum est igitur nobis, ne spirituale sacerdotiû, quod omnib; Christianis, quos Spiritus sanctus

Acto. 13.

sanctus vnxit, cōmune est, cum hoc exter-  
no atq; ministeriali, quod nō omniū est,  
sed eorū tantūm qui ad hoc vocati atque  
ritē ordinati sunt, confundamus: quod  
sine graui ac pñciosa ecclesiarū pertur-  
batione atq; calamitate accidere nō pōt.

## De Pontifice summo & Episcopis.

Atq; vt Ecclesia, quę est vnus capitū,  
hoc est, Christi vnū corpus, eō facilius in  
vnitate cōtineri possēt, etsi multos habet  
Episcopos, qui populum eius, quē Chri-  
stus precioso sanguine suo acquisiuit, re-  
gant, idq; iure diuino: vnum tamen in re-  
medium schismaticis, qui cæteris omni-  
bus præsit cū plenitudine potestatis, sum-  
mum Pōtificē habet, idque pro preroga-  
tiua Petro concessa: quod ipsam quā  
utile sit ad auertenda ab Ecclesia schif-  
mata, satis constat ijs qui non ignorant, à  
contemptu huius summi sacerdotis ple-  
rumq; schismata orta esse, vt Cyprianus  
scribit, & res ipsa testatur. Qui igitur Ca-  
thedrā Petri tenet summus Pontifex, eō  
iure quo Petrus accepit à Christo, dicen- Ioan. 21.  
te, Pascere oues meas, vniuersam ecclesiam



& gubernat, & gubernare debet. Qua tamen potestate sua uti debet nõ ad destructionẽ, sed ad ædificationẽ. Hãc aut plenitudinẽ potestatis sic videtur Christus Petro, eiusq; successoribus dedisse, ut reliquis Episcopis partẽ sollicitudinis eius cõmissã nõ abstulerit, sed suarũ Ecclesiarum & Dicecesium veros iure diuino episcopos esse voluerit. Debẽt aut Christiani homines & Põtifici summo, & singulis suis etiã Episcopis parere, iuxta illud

Hebr. 13. Apostoli: Obedite præpositis vestris, qui vigilant pro animabus vestris.

## De Sacramẽtis in genere.

Sacramenta duabus potissimũ de causis diuina authoritate instituta sunt. Altera, ut sint signa & notæ quẽdã magnæ illius congregationis, quæ est Ecclesia: in nullum enim nomen coagulari homines possunt, nisi aliquo signa colorum vel sacramentorũ visibiliũ cõsortio colligantur. Quãobrem dominus nõster Iesus Christus societate noui populi, sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstãtissimis, colligauit. Baptismo videlicet, Confirmatione, Eucharistia, Pœnitẽtia, Extrema vnctione, Ordine,

Ordine, & Matrimonio. Altera verò est, vt nò solum significet, sed etià sanctificet & cõferant inuisibilè Dei gratiã, non propria rerum externarũ virtute aut matrimonio ministri, sed domini instituentis ac secretius operãtis. Itaque etsi decet bonũ esse sacramentorum ministrum, tamen malus etiam potest ea vtiliter dispensare.

## De Baptismo.

Ac primò quidè, quia homini ad salutem necessariũ est, vt regeneretur in nouam creaturã, cum aliàs natura sit filius iræ, instituit Christus ipse sacramentum Baptismi, vt sit lauacrum illius regenerationis, quod sane homini nò minus est necessariũ ad vitã nouã atq; spiritualè, quã natiuitas carnalis ad vitã naturalè. Nec salutè quisquã consequi potest, nisi aqua & spiritu sit renatus, vt Christus ipse testatur. Hoc igitur Sacramentũ abluuit nos, **Tit. 5.** sanctificat, iustificat: hoc Sacramentũ facit, vt cõsequatur remissionem peccatorum nostrorũ originaliũ atque actualiũ. Hoc denique sacramentũ tale est omnino, tamque salutare, vt qui eo initiatur, **Iohan. 3.** **Gal. 3.** induat Christum, vt Paulus scribit.

Constat autè Sacramentum hoc verbo

I N T E R I M.

Dei & aqua. Nam simul ac verbum ad elementum accedit, fit Sacramentum, cuius lauacro regeneramur & mundamur ab omni peccato. Itaque quoties aquam corpus abluentem cernimus foris, toties spiritum, quem non cernimus, intus plus operari cogitemus.

Matt. 8. Iam formam verborum, sine quibus mysterium hoc confici non potest, Christus Apostolis tradidit, cum praeceperit ut in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizaret. Huic precepto domini, quoties Baptismus confertur, & fides accipietis, si adultus sit, pro infantibus vero, cum suscipientium eos & pro ipsis confitentium, tum totius Ecclesiae fides & fungentis ministri verbum innititur, quatenus hic ait: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Ac nobis quidem videtur, ad excitandam fidem consolationemque auctorum vehementer pertinere, ut intelligant, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizantur, se iam potestate, virtute & potentia patris, & filij, & spiritus sancti, consecrari ac sanctificari, sequi, totos reconciliari Deo, etiam peculiū Dei fieri, qui est pater, & filius, & spiritus sanctus, in cuius

ius tutelã iam transeũt, seq; fœdere sempiterno cum Deo iungunt, quatenus diabolo eius q; operibus abrenunciant, promittuntq; se Deo militaturos.

Quod autẽ ad munus baptizandi attinet, etsi hoc ad sacerdotes maximẽ pertinet, tamẽ laicus etiam rectẽ & vtiliter in casu necessitatis baptizare potest: nec si hæreticus baptizaret, dummodo debita materia, forma ac intentione vtatur. Sacramentũ hoc iterandũ est, cũ hoc idem non dignitate ministri, sed veritate verbi diuini & spiritus sancti virtute cõstat.

Quanquam autem Baptismus aufert omnia inquinamẽta nostra secundũ scripturas, hic tamen non omnem vitiatã naturã languorẽ aufert, vt suprã etiam monimus. relinquit enim concupiscẽtiam ad malũ inclinantem, reatu ipso sublato. Concupiscẽtia autem illa cõtra bonum Galat. 5. in homine spiritum pugnare nõ desinit, quoad in hac terra viuimus.

In quo tamen ipsa Baptismi virtus nobis non deest, vt quæ non solũ peccati omnis reatum semel ademit, sed contra concupiscẽtiam adhuc herentem in nobis & desideriorũ bella cientẽ, firmat vires nostras per Spiritũ sanctum, quo ipso

## I N T E R I M.

ita munimur cōtra omnem cōcupiscētiæ vim, vt resistere ei ac præualere possimus monente Apostolo : Spiritu ambulate, & Gala. 5. desideria carnis non perficietis. Hactenus de Baptismo.

### De Confirmatione.

Atque vt homini ad vitā corporis nō solū necesse est vt nascatur ac sit, sed etiā vt crescat atque nutriatur, ita eidē ad salutem nō solū necesse est regenerari, verū etiā in bono confirmari, & per virtutem Spiritus sancti augeri: in quam rem institutum est Sacramētum, cū primis vtile, ipsa nimirū Confirmatio, quam celebrarunt Apostoli, cū Samaritanis imponerent manus, cum vtili huius efficacia, vt in actibus Apostolorū scriptū est, & quod hic egerunt Apostoli, Christi nomine fecerunt : & in mysterio hoc inducendo, non aliter quā in alijs partibus muneris sui, vicem Christi gessisse videtur: Innititur autem mysterium hoc promissionibus Christi de gratia Spiritus sancti, huiusque missiōe: Ego mittā promissionē patris mei in vos. Item: Paracletus autē Spiritus quē mittet pater in nomine meo, ille docebit vos omnia. Et  
quan

quanquã Sacramentum Confirmationis initio impositione manuum tantum celebratum fuit, tamen Ecclesia sub ipsis statim Apostolorum temporibus ex eorundem traditione, ut externo signo internam spiritus sancti unctioem designaret, ritui eius adhibuit chrisma, cum impressione signi sancte crucis: quem more, cumque peruectum Ecclesia Catholica approbare non desinit. Et credit, quos famulos suos Deus regeneravit ex aqua & spiritu, eodem hoc mysterio ita consignari, ut septiformem spiritum sanctum paraclitum de caelis, spiritum sapientie & intellectus, spiritum concilii & fortitudinis, spiritum scientie & pietatis ac timoris, capiant. Hæc cum credat, & in huius sacramenti administratione testificetur Ecclesia Catholica, quæ est optima mysteriorum Dei interpres: qui aliter sentit, eandem negat veritatis columnam esse atque firmamentum.

Vis igitur Sacramenti huius est, ut qui eo confirmantur, accipiant spiritum sanctum, quo in via salutis progredi, perseverare, & tentationibus atque insidijs carnis, mundi, diaboli, feliciter resistere possint.

At quia plerique eorum qui baptizantur, infantes sunt, nec fidei professionem per se edunt:



## I N T E R I M.

edunt: conueniet ut pueri, cum iam adulti, de religione Christi iam satis instructi, ad percipiendum confirmationis Sacramentum accedunt, fidem Christi & obedientiam Ecclesiae suo etiam ore profiteantur: & ieiuni atque confessi hoc sacro mysterio initiarentur, quemadmodum per Concilium Aurelianense constitutum est. Non tamen censemus, propterea paruulos ab hoc Sacramento repellendos esse cum Christus ipse non dubitauerit eis manus imponere: non enim legem hic damus Ecclesiae. Minister autem huius Sacramenti sit Episcopus: id quod consensu totius Ecclesiae Catholicae, & Apostolorum praxi comprobatur.

Mat. 19.

### De sacramento poenitentiae.

Ac quoniam homines renati saepe in grauius crimina incidunt, instituit Christus Sacramentum poenitentiae, quod post baptismum sit nobis tanquam secunda tabula in naufragio: in hunc enim usum tradidit clauem soluendi, inquit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Simul ac enim peccatorem peccati sui poenitet verum, idemque cum fiducia accedit ad thronum misericordiae,

Ioã. 20.

dię, & credit hoc Sacramēto accipi, quod  
 Christus promisit, fit ei sicuti credit: nec  
 deest Sacramento huic, quod promissum  
 est. Vt enim Sacramenta alia, sic & hoc  
 vim habet sanctificādi. Cōsistit autē sacra-  
 mentū hoc in absolutiōe sacerdotis, quæ  
 instituto & verbo Christi nititur, qui in  
 hanc rem potestaté suā delegat sacerdo-  
 tibus, inquit: Sicut me misit pater, &  
 ego mitto vos: accipite Spiritū sanctum:  
 quorum remiseritis peccata, remittūtur  
 eis. Sed quia tamen sacerdos non solum  
 habet potestaté remittendi, verū etiam  
 ligandi, cū vtraq; simul diuinitus tra-  
 datur: videtur eatenus potestaté iudican-  
 di accipere, quatenus hanc vtriusq; cla-  
 uis potestatem accipit: nec eam exercere  
 posse, nisi intelligat vtrū remittere an re-  
 tinere debeat. Tale autem iudicium non  
 potest aliunde, quā ex confessione oris  
 & peccatorū enumeratione, hauriri. Nā  
 cū pleraq; hominum delicta sine teste  
 cōmittantur, occulta autē crimina animā  
 etiā faucient atq; obsideāt, ac manifestis  
 interdū grauiora & periculosa sint: sa-  
 cerdos de his non sanè iudicare potest,  
 nisi qui cōmisit, ea recēseat & cōfiteatur,  
 & hæc sua quasi vulnera ipse aperiat.

Ibidem.

Itaq;



## I N T E R I M .

Itaq; quatenus ad sananda hominum delicta pœnitentiæ remediũ mōstratum est, eatenus etiã cōfessio pœnitētis, cum enumeratione peccatorũ, nobis cōmendata videtur: quare vt Sacramentũ pœnitentię tanquã salutare & necessarium probandũ est populo Christiano, ita ipsa etiam confessio & peccatorũ enumeratio, quę vt non minus laxanda est, ita vicissim nõ nimis astringenda. Delicta em̄ quis intelligit? Itaq; enumerãda sunt peccata, quę non quidẽ anxie nimis, sed tamen diligẽter cogitãti & sese excutienti in mentẽ veniunt. Quę autem in mētem non veniunt, generali confessioni rectẽ includuntur, & nihilo ea minus remittuntur, quã si ea cõntẽdo enumerasset. Et quoniam hic ex absoluteione quæritur venia, non tantũ oneris imponit confessio, quantum consolationis absoluteio credenti affert.

Iã etsi illa satisfactio, quę culpã & ęternam pœnã expiat, soli Christo tribuẽda est: Satisfactio tamen quę in pœnitentię fructibus consistit, maximẽ autẽ ieiunio, eleemosyna & oratione, siue à nobis ipsis suscepta, siue à parochis & dispensatoribus Sacramentorũ iniuncta: si ex fide & charita

charitate peragitur, peccatorum causas excindit, & peccati reliquijs medetur, ac temporalem pœnã vel tollit, vel mitigat, & in exemplum deniq; adhibetur.

Sed vt ad absolutionem sacerdotis in qua consistit vis sacramenti pœnitentiæ, redeamus: forma eius & verbum tale esse debet, vt qui cõfiteatur, audire atq; intelligere possit, sibi virtute, meritò ac beneficio Christi, peccata remitti, iuxta huius institutum & verbũ. Quorum remisertis peccata, remittuntur eis. Nã hoc munus est Dei, cùm ministerium sit sacerdotis, vt verbis Ambrosij vtamur.

Ioã. 20.

## De sacramẽto eucharistię.

Qui iam per sacramentũ pœnitentiæ reuixit in domino, ei item necesse est ali, & in bono spirituali crescere. Instituit igitur Christus sacramentũ Eucharistiæ sub visibili specie panis & vini, qd' verũ Christi corpus & sanguinẽ nobis præbet, & hoc spũali cibo vnit nos sibi, vt capiti & mēbris corporis sui, vt in ipso ad omne bonũ enutriamur, & cū sanctis in eorũq; I. cor. 10. cõmunionem augeamus per charitatem. Vnus em̄ panis, vnũ corp<sup>9</sup> multi sumus, oēs qui ex vno pane participamus, inqt Paulus:

I N T E R I M .

Paulus. Forma autem huius sacramenti, sunt verba illa solēnia, quæ Christus ipse dedit: Hoc est corpus meū, & iterū: Hic Ma. 26, est eī calix s̄anguinis mei. &c. Quod si igitur Christo & verbo eius tantū tribuimus, quantū debemus: dubiū nō est, quin simul ac verba eadem accedūt ad panem & vinū, ex his fiat verum corpus & verus sanguis. Christi, quatenus panis ac vini substātia in verum Christi corpus & sanguinem transmutatur: quod qui negat, idem Christi omnipotentiā in dubiū vocat, & eundē ipsum vanitatis insimulat: quò magis cauēdum est, ne indignè hoc sacramentum sumatur, scriptū est enim: 1. Cor. 11. Nam qui edit aut bibit indignè, iudiciū sibi edit ac bibit, non dijudicans corpus domini. Propter hoc multi inter vos infirmi sunt ac imbecilles, & dormiūt multi. Indignè autē sumit sacramentū illud. quicūq; aut aliter de eo sentit quā oportet, aut non verè resipiscit. Nam vt Augustinus inquit, mutet vitā, qui vult accipere vitā: nam si non mutet vitā, ad iudiciū accipiet vitam: & magis ex ipsa corrūpitur, quā sanetur: magis occiditur, quā viuificetur. Itaq; probanda est cōsuetudo Ecclesiæ, quæ hominem non ante

antè ad sacramerũ eucharistię ducit, quã  
 pœnitentię sacramentũ cum repurgarit.  
 Habet eucharistia vim roborandi in bo-  
 no spirituali: cui rei non sanè vllus est lo-  
 cus, nisi repurgatio peccatorũ antecesserit: in quo ipso imitari debem⁹ bonos me-  
 dicos, qui non antè præbēt quę roborare  
 ac cõfirmare possunt, quã malos humõ-  
 res è corporibus eiecerint: quod nisi fece-  
 rint, non profunt ægroto, sed magis ob-  
 sunt. Iam quãto maior hic adhibenda est  
 cautio, ne indignè sumas: tãto plus con-  
 solationis capiunt, qui eucharistiã dignè  
 ac piè sumunt, & cogitant se pane è cœlo  
 descendente, qui vitam dat mũdo, vesci:  
 & ex hoc verum atque spirituale robur  
 contra omnia mala percipere.

## De sacra vnctione.

Sacramenta, quæ paulò superius posui-  
 mus, magnã sanè & multiplicè vtilitatẽ  
 generi humano afferũt: tum aut ex vetu-  
 state carnis languentes regenerãt, aut re-  
 generatos, in gratiã quã acceperũt, con-  
 firmant: aut relapsos, in gratiã vnde deci-  
 derunt, restituunt: aut restitutos, Christo  
 firmius vniũt: in quẽ vsum, cumq; saluta-  
 rem, nõ deest sacramentis gratia Christi:

D      sed hæc

I N T E R I M .

sed hæc potius per eadē veluti instrumēta  
 hominib<sup>o</sup> tribuitur. Quanquā igitur ho-  
 rum sacramētorum vtilitas latissimè per  
 omnem vitam patet, tamē ne homo, cum  
 ægrotat, desideret subsidium peculiare,  
 quod hoc eius periculosissimo tempore,  
 vel corpori ipsius subuenire, vel animam  
 cōtra ignita Satanæ tela munire possit,  
 instituta est vnctio sacra, ad quā oratio  
 Ecclesiæ accedat. hanc vnctionem primi  
 exercuerūt Apostoli, qui mādato Dñi ad  
 prædicandum Euangelium missi, demō-  
 nia eiciebāt, & oleo vngebāt multos in-  
 firmos, & sanabātur. Quæ utiq; sacramē-  
 talis & mystica, non medicinalis aut cor-  
 poralis, vnctio fuit: ad quam inter initia  
 fidei, externa etiā corporis sanitas, quasi  
 quoddam internæ sanationis signū, con-  
 sequebatur, quemadmodū in alijs sacra-  
 mentis, ad cōmendationem & confirma-  
 tionem rudis adhuc fidei, interna virtus  
 externis & sensibilib<sup>o</sup> signis & miraculis  
 demōstrabatur. Nunc verò adulta & cor-  
 roborata fides, signa quæ infirmis dātur,  
 non requirit. Huius mysticæ & salutaris  
 vnctionis à Dño fundatę ritum, quo ad-  
 ministrari eā conueniat, Apostolus Iaco-

Marc. 6.

Iaco. 5. bus promulgauit: Infirmatur quis in vo-  
 bis:

bis? inducat presbyteros Ecclesie, vt orēt super eum vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum Dominus, &c. Quanti autem in Ecclesia esse debeat testimonium fratris illius Domini, testimonium dicimus: imò verò promulgatio: quā cū fecit legatus atq; apostolus Christi, Christus vt à se factam proculdubio ratā habuit. Qui igitur cōtemnit hoc sacramentum, Christū ipsum cōtemnere, & gratiā quam hic per vnctionē sacrā nobis quodāmodo porrigit, aspernari videtur: atq; hoc fuerit tanto periculosius, quanto grauius est discrimen, in quo egrotus versatur, nō solum corporis, sed etiam animæ, in quod potestates tenebrarū eum adducunt, quatenus in extremo vitæ tēpore, omnes quasi machinas ad extinguēdam salutem hominis admouent, eiusq; animum terroribus incredibilibus frangere, & in desperationem impellere conātūr.

Vnctionem quidem hanc sacram, solis infirmis adhibendam Iacobus apostolus insinuat, quod reliqui etiam apostoli seruauerunt: nō tamen in omnibus, sed periculosis modò infirmitatibus, & vbi vitæ huius interitus timetur, exercenda est.



mystica illa vnctio.

## De Sacramento ordinis.

Quod autē ad ministeria ecclesiæ at-  
tinet, quantò hæc maiora sunt, tantò ma-  
gis dono Dei ac gratia egent. Quāquam  
enim Christiani omnes sunt sacerdotes,  
quaten⁹ spirituales hostias Deo offerre,  
& nomen item eius in omni loco vtiliter  
inuocare possunt, nō omnes tñ sunt eccle-  
siæ ministri, sed iam inde ab ortu ecclesię  
segregati sunt qdā in ministeriū ecclesię  
qui huius muneribus fangerētur: & eos-  
dē ita distinxit Deus, ne ijdē omnia pos-  
sent, né ve ex promiscua illa ratione per-  
turbatio nasceretur. Neq; enim Deus est  
cōfusionis author. Institutū est igitur sa-  
cramentum ordinis, cū signo impositio-  
nis manū, & alijs huic sacramento con-  
gruētibus ritibus. quo qui cōsecraretur,  
ad munera ecclesiæ acciperēt gratiā, qua  
ad eadem ipsa munera administrāda ap-  
ti, habiles atq; idonei efficerentur. Hinc  
illud Apōstoli ad Timotheū: Noli negli-  
gere gratiam, quę in te est, quę data est  
tibi per prophetiā cum impositione ma-  
nuū presbyterij. Hoc autē ordinis sacra-  
mentum, verbis Christi nititur. Sicut me  
misi

1. cor. 14

1. Tim. 4

Ioan. 20

misit pater, & ego mitto vos: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Item, Euntes in mundum uniuersum, predicat e uangelium omni creature. Itē: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eas. Item: Hoc facite in meam commemorationem. Quibus igitur in perpetua Ecclesie successione manus imponit Episcopi, ut ordinibus initiatur, potestate muneris sui exequendi dat: que sane duplex est, ordinis uidelicet & iurisdictionis. Sub altera cadit ministerium uerbi diuini, administratio sacramentorum, & ecclesiarum ordinatio ad aedificationem. Sub alteram uero, potestas excommunicandi, poenitentes absoluendi. Ordines autem quos Catholica ecclesia agnoscit, sicut hi septē: Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytarum, Lectorum, Exorcistarum, Ostiariorum, quibus distincta munera, eaque aut necessaria ecclesie aut utilia assignari debet: ut facile appareat, eum de ecclesia Christiana male mereri, quicumque ordines hos vel spernit, vel tollit.

## De sacramēto matrimōij.

Instituerat Deus in paradiso matrimo-  
 D 3 niam,



## I N T E R I M.

nium, quo mas & fœmina ad perpetuam  
 & indiuiduam vitę societatem cõiunge-  
 Mat. 19. rentur, iuxta verbum Dñi: Quamobrem  
 homo relinquet patrē & matrē, & adhe-  
 rebit vxori suę, & erũt duo in carne vna.  
 Quãquam autem matrimonium ad tam  
 arctam hominum societatem institutum  
 erat, tamen sub lege patrum matrimonia  
 à prima institutione duobus modis dege-  
 nerauerunt: videlicet vt, & vnus plures  
 vxores duceret, & ductam, aliquã dato li-  
 bello repudiij, à se dimitteret: quorũ prius  
 ex dispensatione Dei permissum, futuri  
 temporis mysterio seruiebat, vt per plu-  
 res vnus viri vxores insinuaret, Christũ  
 tã ex synagoga, quã ex multitudine gen-  
 tium, ecclesiam sibi collecturum, & spon-  
 sam sibi adiuncturum: & vt fœcunditate  
 plurium vxorũ, Christo saluatori ex eo-  
 dem semine nascituro seruirent. Repu-  
 dium verò Moyse populo ob duritiam  
 cordis permisit, leuius ducens, vxorem à  
 viro odio habitam dimitti, quã occidi,  
 vt cęde eius nouis nuptijs locum aperi-  
 ret. Verũ, postquam plenitudo gratię  
 Dei venit, vt alia, quę vel in cœlo vel in  
 terra essent, restaurauit Christus, sic etiã  
 matrimoniũ restituit. Hinc illud Christi:  
 Qui fecit hominem ab initio, masculum

& scēminā fecit eos Deus, & dixit: Pro-  
 pter hoc dimittet homo patrem & ma- Mat. 19.  
 trē, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo Mar. 10.  
 in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed  
 vna caro. Quos igitur Deus coniunxit,  
 homo nō separet. Et paulò post: Mōyses  
 ob duritiam cordis vestri permisit vobis  
 dimittere vxores vestras, ab initio autem  
 non fuit sic. Quamobrem quicūq; dimit-  
 tit vxorem suam, nisi ob fornicationem,  
 & aliam duxerit, mœchatur. Quod Apo-  
 stolus intetpretatur, cū ait: his qui ma-  
 trimonio iuncti sunt præcipio nō. ego, sed  
 cominus, vxorem à viro non discedere: 1. Cor. 7,  
 quòd si discesserit, manere innuptam, aut  
 viro suo reconciliari. Hæ itaque Christi-  
 ani matrimonij singulares conditiones,  
 manifestis scripture sanctæ testimonijs  
 comprobantur. Vna, vt sit matrimonium  
 duorum tantū, hoc est, viri vnus cum  
 vna muliere coniunctio. Duo, inquit, e-  
 runt in carne vna. Nec sic iunctis lice-  
 at, defraudato coniuge suo, alicui ter-  
 tio corporis sui potestatem permittere,  
 prohibente Apostolo & dicente: Mulier  
 potestaté corporis sui non habet, sed vir: 1. Cor. 7.  
 similiter & vir non habet potestatem sui  
 corporis, sed mulier. Altera conditio est

I N T E R I M.

vinculum cōiugij inter duos semel colligatū, nullo amplius diuortio, sed sola alterutrius morte, dissoluatur. Nam quòd Christus ob fornicationem dimitti posse vxorē insinuat, hæc separatio tori & mensæ consuetudinem inter coniuges scindit vinculum coniugij non soluit, ita vt ad alterum committat, vt alienam cōtrectans vxorem, quisquis sic dimissam duxerit.

Quoniam igitur Christus matrimoniū gratia sua melius fecit, & arctiori quàm vinculo cōstrinxit, vt quæadmodū Christus vnus Ecclesiæ vnus est sponsus, idē indissolubili nexu, sic vnus vxoris vnus sit maritus, idēq; perpetua cōiunctiōe, & similiter atq; Christus cū Ecclesia sponsa sua perpetuò iungitur: quare matrimonium non solum cōiunctiō est maris atq; fœminæ, sed etiam Sacramētum, ob gratiam Christi, quæ ei nunquam deest: vt cū vir vxorē suam diligere possit, perinde quasi Christus Ecclesiam, sic ille cū hac colat societatem indiuiduam, vt vnà sit in perpetuum cōsensus. Nec cum hac inuita diuortium faciat, exceptis causis quæ iure diuino explicantur.

Ac quoniam Deus fouet matrimoniū gratia sua, idēq; approbat, quatenus coniuges

iuges inter se matrimonium contrahunt, signū datur illustre, ad sperandā cōsuetudinē ipsorū cū bonā esse per se, tum Deo gratā. Et quanquā prolis procreandæ causa matrimonium potissimū cōtrahi debet: tamē qui contrahit etiā fornicationis vitandæ causa, non peccat: habeat enim vnusquisq; vxorem suam propter fornicationē, inquit Paulus. Vis igitur Sacramenti huius est, vt intelligant cōiuges, se nō humana, sed diuina auctoritate coniunctos, gratiam accepisse, qua ipsis legitimus congressus nō imputetur ad culpā: qua item Christianis vxorē gentilem, cum eo manere volentem, sanctificet, & sanctos, hoc est, Deo dicatos filios procreet: qua denique perpetuam fidem coniugi seruet, vt sint duo in carne vna: 1. Tim. 2  
 & qua mulier fidelis salua fiat in procreatione filiorū, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Itaq; matrimoniū honorabile, in eoq; torus immaculatus esse potest. Quod cū Manichæi, Taciani, & Encratitæ ignorarent, matrimonium reprehendere non dubitarunt: quam eorum sceleratam temeritatem, à doctrina dæmoniorum profectam, Apostolus Paulus damnat.

I N T E R I M.

Gen. 2.

Ac quoniam vinculū matrimonij tale est omnino, tantāq; vim habet ad cōiungendum, vt non sit vllū cōiunctionis humanæ vinculum, quod magis cōstringat: quod cū agnosceret Adam in paradiso, sic de muliere, quā Deus è costa corporis ipsius ædificauerat, locutus est: Hoc nūc os de ossibus meis, & caro de carne mea: ob hoc vocabitur virago, quoniā de viro sumpta est. Quamobrē relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Itaq; cū patria potestas huic inter cōiuges coniunctioni suo iuri cedat, audiēdi nō sunt, qui volūt hoc tempore matrimonium vel sponsalia contracta scindi & irrita esse, si parētum consensus non accesserit. Nihil hic detrahimus obedientiæ, quam liberi parentibus debent, sed nolumus parentes in impediendis aut dirimendis matrimonijs potestate sua abuti. Quia tamen censemus honestatis esse, vt liberi sine consilio & consensu parentū non contrahant, huius officij sui per concionatores sedulo admonendi sunt.

An verò parētibus potestas permitti debeat in hoc casu, liberorū inobediētiā de rogatione aut saltē diminutiōe dotis aut aliqua

aliqua alia via puniēdi, de hac re ordinariæ potestati cura relinquenda videtur.

## De sacrificio Missæ.

Vt religionē, sine qua nulla gens viuit, ius naturæ introduxit, sic etiam cæremōnias, sine quibus religio coli non pōt, nec solet. In ipsis verò cæremōnijs externam oblationem, velut præcipuam, omnes omnium seculorū gentes obseruauerunt. quæ etsi (teste Cypriano) circūcisionē velut crudelem & naturæ inimicā horruerunt, non tamē similiter repudiarūt reliqua sacrificia: sed in multis legē naturæ sequentes, expiationum retinuerunt instrumēta, & immolare victimas, & incendere adipēs, & libaminibus fundere coram Deo vota & preces, cultu cū ipsa natura hominibus insito, & per omniū animos diuinitus purgato, perseverauerunt. Sed & hoc commune, & omnium animis affixum, omnes gentes tenuerunt, vt externæ oblationis cultu, vim Deo deberi, magno consensu existimarent. Nemo enim externa oblatione colēdum vnquā censuit, nisi quem Deū esse aut sciuit, aut putauit, aut finxit. huius cultus antiquitatē, duorū fratrum Cain & Abel sacrificia  
compro



I N T E R I M.

comprobant, quorum priorem simul &  
 Aug. de munera eius auersatus reprobauit Deus,  
 ciuita. minoris verò oblationē placatus aspexit.  
 dei li. 10 Hunc verò sacrificandi ritū Deus, vo-  
 ca. 6. lens omnes homines saluos fieri, mētibus  
 hominū hac de causa diuinitus inſeuit.  
 Cū enim propter vnus hominis pecca-  
 tum, vniuerſum genus humanū iræ Dei  
 & iuſtæ damnationi obnoxiiū teneretur,  
 tantoq; grauior & periculoſior illis dam-  
 natio immineret, & quanto magis pecca-  
 ta peccatis accumulando, iuſtam Dei irā  
 contra ſe incitabant: Deus nolens perire  
 quos condiderat, mediatorem & recōci-  
 liatorem humano generi deſtinauit, qui  
 nos cū authore noſtro recōciliaret, & iu-  
 ſtam Dei iram ſingulari ſacrificij oblati-  
 one placaret. Deus igitur magnæ dilecti-  
 onis filium ſuum carne noſtra circumda-  
 tum miſit in mundum, qui peccata no-  
 ſtra in ſe ſuſcipiēs, in corpore ſuo ea per-  
 tulit in cruce, & ſemetipſum pro nobis  
 hoſtiam appendens, per proprium ſan-  
 guinem in ſancta ſemel ingreſſus, æter-  
 nam redemptionem adinuenit.

Heb. 9.

Huius precioſiſſimæ Hoſtiæ nidore  
 delinitus pater, iram remiſit, & homines  
 prius peccatis immerſos, impuros, & in-  
 iuſtos



iustos, & damnationi obnoxios, nunc filij sui sanguine ablutos absoluit, iustificauit, ac sibi reconciliauit.

Huius vnicae oblationis virtus atq; efficacia, non illi modò tēpori seruiens, quò Christus in carne hostiam se appēdit, sed omnes omniū seculorū ætates cōplectēs, omnium hominum qui ab origine mūdi fuerunt, & in finem vsq; seculi nascituri sunt, delēdis peccatis suffecit. Verè enim erat deus in Christo, mundū sibi recōcilians. Et: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mūdi: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: & non pro nostris tantum, sed etiā pro totius mundi. Mundus autē non vnus tēporis, sed omniū ætatū homines compræhendit. Hinc in Apocalypsi Christus agnus dicitur ab origine mūdi occisus, quoniā sanguis eius omnium ætatum iā inde ab initio mūdi delicta emūdauit.

De hac oblatione, quæ ad totius generis humani reconciliationē vna suffecit, Paulus ait: Vnica oblatione cōsummauit in æternum sanctificatos, & quia in ipso complacuit omnem plenitudinē inhabitare, & per eum recōciliari oīa in ipsum, pacificans per sanguinē crucis, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, & placuit instau

2. Cor. 5.

Ioan. 1.

1. Ioan. 2

Apoc. 13.

Heb. 10.

Colo. 1.

Eph. 1.

I N T E R I M.

instaurari omnia in Christo, quæ in cæ-  
 Eſaiæ. 63 his & quæ in terra sunt in ipſo. Et in Eſa-  
 Eſaiæ. 53 ia: Torcular, inquit, calcaui ſolus, & cu-  
 ius liuore ſanati ſumus.

Vt verò huius tam efficaciſſimæ oblationis,  
 quæ omnium hominum ſalutem pleniffimè, ſuf-  
 ficientiffimè, & perfectiffimè meruit om-  
 nes hoſtes participes fieret, & eius fru-  
 ctum in ſe transferreret, Deus ab initio mun-  
 di, ſub lege nature diuina inſpiratione in  
 animis hominum ſacrificandi ritum excitauit,  
 & mox data lege, diuerſa ſacrificia mon-  
 ſtrauit: quorum omnium hic uſus erat, non ut  
 homines Deo reconciliarent, & ſalutem ipſa  
 mererentur: ſed ut per hæc æterna ſacri-  
 ficia venturi ſacrificij, in quo redemptio  
 omnium Deus promiſerat, memoria in ani-  
 mis hominum ſubinde excitaretur, fides  
 confirmaretur, & fructus eius credenti-  
 bus, & in uirtute venturi ſacrificij ſpera-  
 tibus applicaretur. Et ut quoties iſta ſa-  
 crificia celebraretur, homines cum alio-  
 rum beneficiorum Dei, quæ continua eius  
 benignitate accipiebant, tum ſalutis ſuæ  
 per promiſſum reconciliatorem accipi-  
 endæ, gratis animis recordarentur.

Nullum itaque, ſiue ſub nature, ſiue ſub  
 Moyſis lege ſacrificium per ſe Deo place-  
 bat.

bat, quippe qui ijs quæ offerebātur, se nō indigere sæpe protestatus est. Si esuriero, inquit, non dicā tibi: meus est enim orbis Psal. 49 terræ & plenitudo eius. Nunquid māducabo carnes taurorum, aut sanguine hircorū potabo? Sed quatenus hæc visibilia sacrificia, inuisibilis & futuri sacrificij Sacramēta erāt, si quis ea in fide à Deo promissi recōciliatoris obtulisset, hoc agens his externis sacrificijs, vt fidē in venturū Christū ostēderet, & salutaris istius sacrificij fructum, quē iam & fidē conceperat, & firma spe expectabat, in se transferret, & Deo pro tātis beneficijs animi sui gratitudinem declararet: vtq; talia sacrificia & Deo grata, & offerenti salutaria erant, nulla quidem sua propria, sed futuri sacrificij virtute, quam per fidem offerenti applicabant.

Et vt ratio sacrificiorum disertē intelligatur, vnicum est sacrificiū meritorum, cuius virtus delendis hominum peccatis efficax, homines à Deo alienatos, & iræ eius ac damnationi obnoxios, recōciliauit, & æternam salutē, & redemptionem toti hominū generi meruit, illa videlicet Hebr. 29 Christi victima salutaris, qua pro delictis hominū in cruce se hostiam appendens,  
in atez

I N T E R I M.

in æternum consummauit sanctificatos, cuius meritum non accipit augmentum, quia perfectum est: nec diminuitur aut exhauritur, quia æternū est. Vnde & reliqua omnia sacrificia nihil huic sacrificio superaddunt, nihilq; ipsa per se meretur: sed vnica huius oblationis fructum credentibus applicant, & ad excitandam & retinendam in animis hominum huius vnica oblationis memoriã & fidem confirmandam, & pro omnibus Dei beneficijs declarandã gratitudinem, seruiunt.

Sunt autẽ huiusmodi applicatoria sacrificia quædam omnibus legibus communia, & promiscuè omnibus hominibus  
 Psal. 50. permilla, qualia sunt sacrificium contribulati cordis & humiliati spiritus, & obcolendam pietatem susceptæ carnis afflictiones, sacrificium labiorum, precum, gratiarũ actionis & laudis, & si qua sunt similia. Quædam verò semper fuerunt vniuscuiusq; legis propria, & certis hominum officijs alligata, à quorum oblatione alij magnis cõminationibus & pœnis arcebantur primi Regum decimotertio, secundi Paralipom. vigesimosexto. Nec vlla lex, quemadmodum nunc, nec vlla gentium religio sacrificijs caruit: hæc enim

enim tria colligata sunt, & seiuicem necessario cōsequuntur: Lex, sacerdotium, & sacrificium. Heb. 7.

Sic itaque sub lege naturæ iusti homines & de Dei promissionibus edocti, in eum, quem futurum sciebant saluatore, credentes, sacrificia offerebant: quorum oblatione, futuræ salutis fidem & spem, & pro ea gratitudinem suam declarabāt, & eius quod futurum expectabant, salutaris sacrificij meritis adiuuari ambiebant. Hunc morem ceteræ gentes, occulta inspiratione animis eorum, insita, imitantes, non quidem verum Deum, sed quem Deum aut putabant, fingebant, sacrificijs placare voluerunt.

Lex verò per Moysen data, ad legem naturæ accedens, nō vt eam tolleret, sed vt meliorem redderet, oblationes externas instituit: quæ & præfigurarent futurum Christi sacrificium, & quoties eas celebrarent Iudæi, tum aliorū beneficiorū Dei gratis animis recordarentur, cū illius venturi sacrificij virtutē in se, credendo & sperando & orando, transferrent.

Christus qui non venerat legem solvere, quatenus vel naturalis, vel moralis erat, sed eā potius adimplere, cū nouam

I N T E R I M.

Iere. 31. legē suā, de qua iam ante per Ieremiam promiserat, in mundū induceret, ne eam solā in hac parte, contra præcedentiū legum cōmunem morem, mancam aut imperfectiorem relinqueret, peculiari sacrificio pariter & sacerdotio eam instruxit: si quidem necesse fuit, iuxta Apostoli sententiam, succedente noua lege, etiā sacrificium huic legi peculiare cōsequi. Heb. 7. & sacerdotes, velut huius sacrificij ministros, assumi, Heb. 5.

In qua legis parte, sanè bona, sancta & pia, idē Dominus noster Iesus Christus, ne Ecclesię suę deesset, in vltima cœna cū gratias egisset Deo, sacramentū corporis & sanguinis sui instituit, duplicem eius vsum statim cōmendans: vt à fidelibus velut animę salutare alimentum sumeretur: Accipite, inquit, & comedite: & vt in memoriam passionis suę offerretur: cuius oblationis ministerium, apostolis, velut nouę legis sacerdotibus, contradens: Hoc, inquit, facite in mei commemorationem.

Quemadmodū igitur ante Christi aduentum Deus patribus certa quędam sacrificia tradidit, quibus magni istius sacrificij, quod futurū ipsi expectabāt memoriam



moriam in animis suis excitarent, fidem  
 stabilirent, & fructū eius credēdo & oran-  
 do sibi applicarent, & per eorū oblationē  
 beneficiorum Dei gratis animis recorda-  
 rentur: sic Christus ecclesie suę mundam Heb. 10.  
 & salutarē corporis & sanguinis sui obla-  
 tionem, sub speciebus panis & vini com-  
 mendauit, qua corporis eius in cruce pro  
 nobis appensi, & sanguinis effusi memo-  
 riam subinde in animis nostris renoua-  
 remus, & fructū istius oblationis cruētę,  
 qua in eternū cōsummauit sanctificatos,  
 in nos transferemus. hoc est enim facere  
 in memoriam eius, id est, gratis animis  
 cōmemorare mortem domini, & per me-  
 moriam & meritum passionis eius depre-  
 cari patrem vt nobis reconcilietur.

Hęc est munda & salutaris oblatio, il-  
 lius vnici sacrificij, quo omniū salus cōm-  
 parata est, rememoratiua; nō solum signi-  
 ficans, sed re ipsa in se cōprehendens ve-  
 ritatem illarū rerum, quas diuersorum sa-  
 crificiorū oblationes olim p̄signabant:  
 eadē nimirū corporis & sanguinis Chri-  
 sti hostia, quę in cruce est oblata, nō alia:  
 idē agnus, nō alius, & vnus vtrobiq; Chri-  
 stus. sed tunc cruento & passibili modo  
 oblatus est, qua oblatiōe omnibus credē-



I N T E R I M.

tibus remissionem peccatorum & redemptionem sufficienter impetrauit. Nunc verò eundem sub mysterio & modo incruento & impassibili offerimus, non vt peccatorum remissionem & animarũ salutem iam primum promereamur, sed vt passionis dominicę memoriam recolentes, Deo gratias agamus pro salute nobis in cruce impetrata, & ibi promeritã peccatorum remissionem & redemptionem, fide & deuotione nobis applicemus, & appropriemus.

Malac. 1. Hanc tam salutarem victimã in spiritu pręuidit Malachias, cùm ait: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomẽ meũ in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, Quod vaticinium de solis spiritualibus sacrificijs accipi non potest, quę nullius legis propria, sed omnibus temporibus & hominibus cõmunia existunt, & cum sacrificijs veterũ semper commixta durauerunt. At ipsa verborũ serie satis conuincitur, Prophetã loqui de sacrificio, quod, sublatis veteribus sacrificijs, in locum eorum erat success

Successorum, vnde rectè hæc verba de sa-  
 cratissimo Christi sacrificio accipiuntur,  
 non illo quidè, quo se in cruce pro pecca-  
 tis generis humani obtulit: (illud enim  
 nec inter gentes, nec in omni loco, sed in  
 Iudæa cõsummatum est) sed quod ex gen-  
 tibus congregata ecclesia per totũ terra-  
 rum orbẽ offert ad recordationẽ mortis  
 Domini, & ad virtutem eius in credẽtes  
 transfundendã: atque hic loci illius intël-  
 lectus, luculentis patrũ testimonijs robo-  
 ratur. Irenæus lib. 4. contra hereses capi.  
 32. Eum, qui ex creatura panis est, acce-  
 pit, & gratias egit, dicens: Hoc est corpus  
 meũ. Et calicẽ similiter, qui est ex ea crea-  
 tura, quæ est secundũ nos, suũ sanguinem  
 confessus est, & noui testamẽti nouã do-  
 cuit oblationẽ, quam ecclesia ab Aposto-  
 lis accipiens, in vniuerso mundo offert  
 Deo: de quo in 12. prophetis Malachias  
 sic presignauit: Ab ortu solis vsque ad oc-  
 casum, nomen meum glorificatur inter  
 gentes, & in omni loco incensum offertur  
 nomini meo & sacrificium purũ. Augusti  
 nus: Nouerint, inquit, qui legunt, quid traaduer-  
 protulerit Melchisedech quãdo benedi- sarios le-  
 xit Abrahã. Et si iam sunt participes eis, gis lib. 1.  
 videt tali sacrificio nũc offerri Deo toto ca. 20.

I N T E R I M .

orbe terrarū. Vnde alius propheta dicit ad eum, qui secundum carnem est Israël: **Maſac. i.** Non est mihi voluntas in vobis. &c. **Ambrosius** de hoc nouę legis sacrificio testatur: Antē agnus offerebatur, offerebatur vitulus: nunc Christus offertur quasi recipiēs passionem, & offert se ipsum quasi sacerdos. **Chryſoſtomus**: Nonne per singulos dies offerimus? offerimus quidem, sed recordationē faciētes mortis eius: & vna est hęc hostia, nō multę. Quomodo est vna, & non multę? & quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificiū, exemplū est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem aliū agnū, crastina aliū: sed semper id ipsum, &c. **Athanasius**: In ęternum, inquit, Christi est sacerdotium: quia quotidie offertur per ministros Dei oblatio, Christū & pōtificem habēs, & sacrificiū.

Hanc verō oblationem, quam ecclesię in recordationem mortis suę faciendam Christus commendauit, prius ipsum in cęna exercuisse, & patri seipsum sub speciebus panis & vini obtulisse, magni testes cōprobant: inter quos **Dauid**, Christum appellans sacerdotem secundum ordinem **Melchisedech**, satis ostēdit, Christum

Atum sacrificio panis & vini, figuram, quæ  
 in Melchisedech sacerdote præcesserat, Gen. 14.  
 adimpleuisse: de qua re sanctus martyr  
 Cyprianus libro 2. epistola 3. Qui ordo  
 utiq; est de illo sacrificio veniens, & inde  
 descendens, quòd Melchisedech sacer-  
 dos Dei summi fuit, quòd panem & vinũ  
 obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam  
 quis magis sacerdos Dei summi, quàm  
 Dominus noster Iesus Christus, qui sa-  
 crificiũ Deo patri obtulit, & obtulit hoc  
 idem quòd Melchisedech obtulerat, id  
 est, panem & vinum, suum scilicet corpus  
 & sanguinem? Et mox: Ut ergo in Gene-  
 si per Melchisedech sacerdotem bene-  
 dictio circa Abraham posset ritè cele-  
 brari, præcedit antè imago sacrificij, in  
 pane & vino scilicet constituta: quam  
 rem perficiens & adimplens Dominus, pa-  
 nem & calicem mixtum vino obtulit:  
 & qui est plenitudo, veritatem præfi-  
 guratę imaginis adimpleuit. Arnobius:  
 Hic (inquit, de Christo loquens) qui  
 per mysterium panis & vini sacerdos fa-  
 ctus est in æternum secundum ordi-  
 nem Melchisedech, qui panem & vi-  
 num solus obtulit in sacerdotibus, dum  
 Abraham victor reuerteretur de præ-

No. Damascenus : Pane & vino suscepit  
 Melchisedech Abraham ex cede alieni-  
 genarum, qui erat sacerdos Dei altissimi  
 illa mensa hanc mysticam prefiguravit  
 mensam, velut & sacerdos illi Christi ve-  
 ri sacerdotis prefiguratum pre se ferebat  
 imaginem. Tu es, inquit, sacerdos secun-  
 dum ordinem Melchisedech. Similia mul-  
 ta testimonia inveniuntur apud Hiero-  
 nimum ad Euagrium: Augustinum de Doctri-  
 na Christiana lib. 4. cap. 21. Ambrosium  
 de Sacramentis lib. 4. Chrysostomum, &  
 Theophylactum.

Secundum hæc sacrę scripturę & san-  
 ctorum patrũ testimonia, Catholica Ec-  
 clesia, duo Christi sacrificia agnoscit, ea-  
 dem secundũ substantiam, sed secundum  
 rationem & ritum offerendi multũ diuer-  
 sa: Vnum in cruce cruentũ: Alterum quo  
 in cœna sub panis & vini specie corpus  
 & sanguinẽ suum ipse sacerdos iuxta or-  
 dinem Melchisedech patri obtulit, per-  
 petuum condens nouę legis sacrificium.  
 quod Apostolis suis ac successoribus ipso-  
 rum, vt ad finem vsq; seculi in memoriã  
 ipsius facerent, commẽdauit. Horum vt  
 modus offerendi diuersus, sic & vsus di-  
 scretus est: crueto suo sacrificio Christus  
 totius

totius mundi reconciliationem & propitiationem pro peccatis, & plenam omnium redemptionem impetrauit: Alterum verò sacrificium, ad recordationem cruenti sacrificij institutum & Ecclesiae commendatum est, quo Christum impassibili & incruento modo sistimus patri, non ut remissionem peccatorum & redemptionem de nouo mereamur, sed ut in cruce meritam fidem & deuotionem nobis applicemus, Christi iussione sequentes, qua iussit, ut hoc in memoriam sui faceremus: id est, ut per memoriam & meritum passionis suae, patrem pro reconciliatione nostri & peccatorum remissione, & animarum nostrarum salute, proque corporum ac rerum nostrarum incolumitate, deprecaremur.

Hactenus ostensum est, quibus rationibus & testimonijs sacrificium altaris subnixum subsistat: nunc de ritu eius pauca subiiciantur.

In celebratione sacrificij altaris, nunc laudes Dei, nunc fideles populi preces, nunc gratiarum actiones, nunc scripturarum lectiones subinde admiscetur. Unde & laudis, & gratiarum actionis, & precum sacrificium rectè nuncupatur: quo ritu Catholica Ecclesia Christi exemplam



refert, qui in eœne sacrificio pro incolu-  
 mitate Ecclesię, quam in terris relictu-  
 rus erat, multas preces ad patrẽ fudit, &  
 tandem hymnis & gratiarũ actione cœ-  
 nam mysticam cõsummauit. Sed & hanc  
 I Ioã. 17. Pauli seriam cõmonitionẽ, qua in primis  
 fieri voluit obsecrationes, orationes, po-  
 stulationes, gratiarum actiones, pro or-  
 nibus hominibus, pro regibus & omni-  
 bus qui in sublimitate constituti sunt, vt  
 quietam & tranquillam vitam agamus  
 in omni pietate & castitate. Ecclesia in  
 celebratione sacrificij altaris, iuxta Au-  
 gustini sententiam, plenè & ad amussim  
 obseruat: tum obsecrationes facit, ante-  
 quam illud, quod est in Domini mensa,  
 incipiat benedici. Orationes verò, cùm  
 benedicitur & sanctificatur: postulatio-  
 nes autem ceu interpellationes, cùm po-  
 pulus benedicitur, & misericordissimæ  
 potestati cõmendatur. Quibus peractis,  
 & participato Sacramento, gratiarũ actio  
 cuncta concludit. Vide Augustinum epi-  
 sto. 39. ad Paulinum, vbi ritum celebrãdi  
 sacrificij altaris, qualem hodie obseruat  
 Ecclesia, perspicuè agnosces.

II Sed & apud alios omnium ætatũ viros  
 Catholicos hũc ritum receptũ & confir-  
 matum



matum videre licet, qui admixtas in celebratione huius sacrificij preces, & gratiarum actiones, & ipsam hostiã solenni prece consecrari solitã, magno consensu meminerunt: de qua re Chrysostomus in Matthæum homilia 83. de Sacerdotio, libro 3. Basilius Magnus de Spiritu sancto cap. 27. Theophylactus in ca. 14. Marci. Gregorius epist. 63. ad Ioannem Episcopum Syracusanũ. Ambrosius de Sacramentis libri 4. cap. 5. qui & hunc canonem, quo nunc utitur Ecclesia, penè secundum singula eius verba, passim in libris à se editis recenset.

De memoria Sanctõrum  
in altaris sacrificio fieri cõ-  
suetã, & de eorũ interces-  
sione inibi expedita, et obi-  
ter de Sctõrũ inuocatiõe.

Cum itaq; in hoc altaris sacrificio im-  
mẽsi istius bñficiij in memoriã recolimus,  
quo Christus semetipsum pro totius cor-  
poris sui mystici, id est, pro omniũ credẽ-  
tium

tium incolumitate & salute hostiã fecit, ibiq; secundũ Domini exemplũ & Apostoli cõmonitionem, pro totius Ecclesiã incolumitate preces ad Deũ fundendã, & pro omnibus eius beneficijs gratiã agendã sint: Ecclesia intra sese omnia sua membra colligens, eorũ etiam memoriã facit, qui hac mortalitate exuti, apud Deum inuunt, & in primis grata ueneratione Deo dilectos sanctos complectens, pro his gratias Deo agit, qui eos, cùm natura imbecilles essent, gratiã suã munere ita roborauit, ut uicia carnis superarẽt, & contra peccatũ, diabolũ, & mortẽ nõ suã, sed Dei uirtute fortes, uiriliter dimicando, coronã iustitiã à iusto iudice impetrarẽt. De huius gratiarũ actionis, pro sanctis antiquitate & cõsuetudine, per totam Ecclesiã diulgata, uide apud Dionysium Areopagitam, Cyprianum lib. j. episto. 6. lib. 4. episto. 5. Augusti. de ciuitate Dei lib. 8. cap. 27. libro 22. capi. 10. contra Faustũ Manich. lib. 20, cap. 21.

Nec solũ ueneramur sanctos, & pro his gratias agimus, sed eorum precibus & meritis in omnibus diuinã protectionis auxilio muniri postulamus rectẽ sentientes, eos uelut eiusdem communio-  
nis

nis ciues & corporis eiusdem membra,  
 etiamnum vno spiritu & vinculo chari-  
 tatis nobiscū colligatos, salutem nostram  
 appetere, & malis nostris indolere: ideoq;  
 pro necessitatibus nostris apud cōmunē  
 Deum patrē, per Iesum Christū commu-  
 nem omnium mediatorem, interpellare.  
 Quod vt faciant, ipsum ius cōmunionis  
 qua nobis iuncti sunt, simul & præceptū  
 eos adducit. Orate, inquit Iacobus, pro  
 inuicem vt saluemini: & charitas, qua er-  
 ga nos afficiuntur, suadet & monet, & ea  
 qua apud Deum nunc pro se securi, & ab  
 infirmitatibus & defectibus immunes vi-  
 uunt, facultas non prohibet: quodq; eos  
 in alia vita facere apertis scripturæ testi-  
 monijs cognouimus. 2. Machab. 15. vbi  
 Onias conspicitur manus protendens, &  
 orās pro populo: & alius vir, ætate & glō-  
 ria mirabilis. de quo dicitur: Hic est fra-  
 trum amator & populi Israël: Hic est qui  
 multum orat pro populo & vniuersa san-  
 cta ciuitate Hierusalem, Ieremias pro-  
 pheta: & Zachariæ primo, Angelus pro  
 ciuitatibus Iuda interpellat: Domine  
 exercituum, vsquequo non miserebe-  
 ris Hierusalem, & vrbium Iuda quibus  
 iratus es?

Iacob. 5.

Hæc.

I N T E R I M.

Hac fide, sicut eorū qui nobiscū in car-  
ne viuunt ita & sanctorū apud Deū vi-  
uentium preces pro nobis postulamus: &  
vt pro nobis orent, eos nominatu appel-  
lamus, nec dubitamus quin ei qui potest  
omnia, facillē sit efficere, siue per Angelo-  
rum ministeria, siue alia sibi placita ra-  
tione & via, vt nostras petitiones sancti  
resciscant, qui utiq; hoc præstat, vt Ange-  
li peccatoris conuersione in cælo cogno-  
scentes, gaudio exultent.

Merita verò Sanctorum non talia esse  
asserimus, qualia in Christo inuenimus,  
qui semetipsum pro nobis impendens, &  
sanguinem suum pro nobis fundens, ple-  
nam cum Deo reconciliationem mundo  
promeruit. Sancti verò merita sua, qui-  
bus & ipsi saluati sunt, & nobis suffragan-  
tur, ex eodē omnis salutis & totius meriti  
fonte, Christi videlicet passione, hau-  
serūt. Non enim, si iustitiæ rigerē specte-  
mus, cuiquā Sanctorū operationes suæ,  
quantumuis fructuosæ ad propriā salu-  
tem suffecissent, iuxta illud: Non iustifi-  
cabitur, in conspectu tuo omnis viuens,  
Luc. 17. Et illud Christi: Si feceritis omnia quæ  
præcepta sunt vobis, dicite: quia serui inu-  
Rom. 8. tiles sumus. Et illud Pauli: Non sunt cō-  
dignæ

dignæ passiones huius tēporis, ad futū-  
 ram gloriā quæ reuelabitur in vobis. Ex  
 Dei autem misericordia & liberalitate &  
 Christi gratia nō solum ipsis ad salutem  
 Sanctorum merita conducunt, sed etiam  
 nobis ad protectionem & gratiæ diuinæ  
 impetrationem profunt. Deo in eis mise-  
 ricorditer cōplente, quod veraciter pro-  
 misit, cū ait: Ego sum Deus tuus for-  
 tis, zelotes, visitans iniquitates filiorū in-  
 tertiam & quartā generationem, eorum  
 qui oderunt me, & faciēs misericordiam  
 in millia ijs, qui diligūt me, & custodiūt  
 præcepta mea. Sic defuncti Abrahā me-  
 rita, filio Isaac profecerunt: & Iacob in  
 religione nepotes suos erudiens, nomen  
 suum & patrum suorum super ipsos in-  
 uocari edocuit: Genes. 48. quod & Moy-  
 ses plena fiducia fecit: Quiescat, inquit,  
 ira tua, & esto placabilis super nequitia  
 populi tui: recordare Abraham, Isaac  
 & Israel seruatorum tuorum, Exodi. 32.  
 Sic propter gratiam, qua apud Deum  
 valuit Dauid vir secundum cor Dei, to-  
 ta eius posteritas indulgentiam Dei in  
 commodum suum persæpe sensit, tertij  
 Regum. 12. quarti Regum 19. Esaiæ 37.  
 & Ezechiel 14.

Exo. 29.

Gen. 26.

De

## De memoria defunctorum in Christo.

Dominus noster Iesus Christus, secundum voluntatem patris hostiam redimensis hominibus salutarem seipsum in cruce affigens, utique omnes eos, qui hanc victimam suam saluandis hominibus iam inde ab origine mundi destinata, fide & voto praeuenissent, vel in sequentibus temporibus fide eam amplexuri essent, intra seipsum velut membra sua collogetur, volens passionis suae fructum ad omnes pariter qui corporis eius membra unquam effecti essent, peruenire: vnde Ecclesia communis huius sacrificij memoriam recolens, omnia sua membra pariter aduocare, nec quam eorum excludere debet, qui secundum Domini liberalem voluntatem, utilitatis huius sacrificij capax existit. Ideoque quemadmodum prius Sanctorum, ita postea etiam reliquorum Christianorum memoriam circa sacrificium altaris inducit, quos in vera Christi fide decessisse pie credit, de quibus tamen satis certum esse nequit, utrum satis emundati & purgati hinc emigrauerint. Aliam tamen sanctorum,



rum, & aliam aliorum in somno pacis quiescentium, memoriam seruat: Illorum quidem, non ut oremus pro eis, sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut vestigiis eorum inhæreamus: Horum verò, ut communi Domino pro eis supplicemus, quatenus Deus omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pacis indulgere dignetur, per Christum dominum nostrum.

August.  
in Ioan-  
tract. 84

Eos verò, qui nos in signo fidei præcesserunt, ut a commercio orationum nostrarum non secludamus, ipsa communionis quæ cum omnibus sanctis cõstemur, ratio disertè exposcit: quippe qui etiã corporibus soluti, spiritualibus tamen nexibus nobiscum cohærent, & vno spiritu velut eiusdem corporis mēbra nobis adglutinantur, & vinculo charitatis connexi adhærent nobis, nec mors eos corporalis ex mystici corporis Christi compage præscindere aut separare potest.

Cum itaq, talem orandi formã nobis dominus insinuauerit, ut nemo pro sua tantum, sed velut magnæ communionis ciuis, pro omnium utilitate rogare debeat: & per Apostolum præcipiat nos pro inuicè orare ut saluemur: magnæ in cõsortes

Iacob. 5.

F suos



I N T E R I M.

suos crudelitalis, & contra dominum de-  
testandę temeritatis fuerit, si quis à com-  
mercio orationum nostrarũ in Christo  
defunctos exclusērit: quod cum facere  
nusquã scriptura præcipit: & communio-  
nis spiritualis, quam cum sanctis omnibus  
profitemur, ratio disertè vetat.

Hanc autem consuetudinem per totã  
Christi Ecclesiam diuulgatam, qua circa  
altaris sacrificium memoria defunctorũ  
adhibetur, ex Apostolica traditione pro-  
manasse, magnis, & fide dignis testimo-  
nijs abundè doceri pōt: Dionysius Areo-  
pagita lib. Ecclesiasticę hierarchie ca. 7.  
de prece sup defunctis faciēda, ex diuinis  
ducibus, hoc est, apostolis traditio perue-  
nit ad nos, vbi & totũ harum precũ ordi-  
nem, & rationē luculēter explicat. Preca-  
tur inquit, oratio illa diuinã clemētiam,  
vt cunq̃ta dimittat per humanã infirmi-  
tatem admissa peccata defuncto, cumq̃  
in luce statuatur & regione viuorum.

Chryso. Chrysostomus ad populum Antioche  
ad popu. num Hom. 69. Nō temerē, inquit, ab apo-  
hom. 69. stolis hæc sancita fuerunt, vt in tremēdis  
in primo mysterijs defunctorũ agatur commemo-  
Cor. ho- ratio. Sciunt enim illis inde multũ cōtin-  
mil. 41. gere lucrũ; cum enim cōstiterit populus  
extensiss

extensis manibus, & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes?

Damascenus: Apostoli, inquit, discipuli In sermone de ijs qui li saluatoris, qui totius mundi circuitu ce- de ijs qui pere predicando verbum vite, quod suis in fide oculis viderant, in tremendis vitalibusq; hinc mi- sacramentis, memoriam eorum qui fide- grauerunt liter obdormierunt, habendam edixerunt: quod adhuc firmiter, atq; adeo sine con- tradictione, obseruat Apostolica & catho- lica ecclesia Christi & Dei, a finibus vsq; ad fines terre, ab eo tempore vsque in presens, & in finem mundi vsque.

Augustinus: Neq; negandum est de- In Enchi- functorum animas pietate suorum viuen- ridio ca- tium releuari, cum pro illis sacrificium 10. in q- mediatoris offertur, vel eleemosyne in ec- stio. 2. ad- clesia fiunt: sed hec eis profunt, qui, cum- Tulit. viuerent, vt hec eis prodesse possent, me- ruerunt, &c. Similia vide apud Epiphania- niam lib. 3. contra hereses. Tertul. ad vxo- rem de corona militis: Ambrosium in orat. pro Imperatore Theodosio de excessu fratris. Item lib. 2. epistolarum ad Faustum. Cyprianum hb. 1. epist. 9. Bernardum in Cant. 1. sermo. 66.

Post hanc defunctorum memoriã, vbi

iam iterum, ecclesia communem viuere-  
 tium salutem clementi domino commen-  
 dauit, reliquæ preces ad dignam sumeda  
 sacrosanctæ Eucharistiæ præparationem  
 referuntur: quæ pars Missæ peculiaris est  
 præsentibus, & sacrosanctam eucharis-  
 tiam sacramentaliter aut saltem spiritua-  
 liter sumentibus: nec in commune admo-  
 dum seruit, cû nemo sicut pro alio bap-  
 tizari, ita nec sacramentum sumere utiliter  
 possit. Participato tandem sacramento, &  
 cæteris ritè peractis, Gratiarum actio cun-  
 cta (vt ait Augustinus) concludit.

## De communionem cum sa- crificio iungenda.

Aug. de spiritu & littera, cap. 11. Atq; hic expedierit, cû verissimû illud  
 & singulare sacrificium offertur, veterem  
 ecclesiæ morem reuocare, quo non solum  
 sacrificas ipse, sed & diaconi & reliqui ec-  
 clesiæ ministri, qui diebus solentioribus  
 velut testes tanti sacrificii & necessario-  
 rum ministeriorum coadiutores adhiben-  
 tur, vt perceptionis corporis & sanguinis  
 domini nostri Iesu Christi participes, se  
 præberent, serua canonum sanctione iube-  
 bantur: sed & fideles omnes pro recolenda mor

dā mortis domini & nostræ redēptionis  
 memoria, ad hoc mediatoris nostri sacri- De cōse-  
 ficium confluētes, sedulis exhortationi- cra. dist.  
 bus monendi & excitandi sunt, vt prius 2. ca. pe-  
 explorati, cōfessi & absoluti, sacrosanctæ racta ca-  
 cōmunionis gratiā sumāt, & diuinissimæ relato.  
 eucharistiæ participationem vnā cum sa-  
 cerdote sedulo & deuotè frequentent.

## De cæremonijs, & vsu sacramentorum.

Cæremoniæ veteres, quæ sacramento  
 baptismatis adhibentur, retineantur o-  
 mnes, Exorcismus videlicet, abrenūcia-  
 tio, professio fidei, Chrisma, & alia: perti-  
 nent enim ad efficaciam huius sacramē-  
 ti adumbrandam & significandam.

Item in cæremonijs veteribus, quæ ab  
 ecclesia catholica adhibētur Missæ, nihil  
 mutandum videtur: sunt enim omnes ad  
 id, quod in Missa agitur, cū primis aptæ.

Et quod ad vsū huius sacri attinet, de-  
 bent in singulis ciuitatibus & in singulis  
 ecclesijs (etiam si in vna ciuitate aut loco  
 plures sint) quę proprios sacerdotes & po-  
 puli illuc cōuenientis frequentiam ha-  
 bent, singulis diebus duæ ad minimum

I N T E R T M . I

Missę celebrari: altera matutina, cui interesse possint homines, qui labore manuum rem querunt, vt conuenientes vel communicent de eucharistia, vel se Deo pię commendent. Altera verò celebrior, quę canetur circa horam octauam dici antemeridianam, cui eodem modo adfint, qui vel cōmunicare de eucharistia, vel se Deo commendare velint. In pagis autem singulis quibusque dominicis & festis diebus singulę Missę ad minimum celebrentur.

Atq; vt populus ad vsum missarum reuocetur commodē, Concionatores iuxta sententiam de hoc sacro superius explicatam, populum hortari debent, vt eidem libenter interfit, cui etiam prescribendę sunt serię meditationes, hęcq; ad singulas Missę partes aptę: & ante prefationem presbyter aut diacon<sup>o</sup>, si huius copia sit, ostendat verum missę vsum, eūq; populo ex prescripto, de quo etiam conueniat, commendet, pro ratione de sacro hoc superius explicata.

Canō, itē, in quo nihil mutetur, habeat etiā suam succinctā & dilucidam interpretationē, vt inde presbyteri & functionē officij sui eo, meli<sup>o</sup> intelligere, & quod intelli

intelligunt, populo explicare possint.

Cæremoniæ reliquæ Sacramentorum, iuxta præscriptum Agendarum veterum, adhibeantur: in quas tamen si quid irrepsit, quod causam dare possit superstitioni, tollatur.

Altaria, Vestes Sacerdotum, Vasa Ecclesiæ, Vexilla, item Cruces, candelæ, imagines, retineantur in Ecclesia. Sed ita tamen, vt sint monumenta: nec cultus patriæ in hoc genus transferatur: nec ad imagines & statuas superstitione concursus fiat.

Hæc item Canonica, & illa pia psalmodia, quæ nobis Apostolus ipse commendauit, ex Ecclesiis minimè tollantur: & vbi sublatae sunt, restituantur, maxime verò de tempore & Dominica, & alijs vetustis & solennioribus festis. I. Co. 14.

Quæ autem de Sanctis adiecta sunt, ad ea quæ in veteri de Sanctis communi posita sunt, reuocanda: & sicubi modum excedunt, corrigenda videntur.

Vigiliæ item & Exequiæ mortuorum de more veteris Ecclesiæ celebrentur: esset enim immane, in Ecclesia nullam illorum memoriam retinere, quasi animæ ipsorum vnà cum corporibus interierint.



## I N T E R I M.

Festi item dies ab Ecclesia recepti, retineantur, si non omnes, tamen præcipui.

Dominicæ dies.

Natalis Domini.

Circuncisio Domini:

Epiphania.

Palmarum.

Pascha cum duobus diebus sequentibus.

Ascensio Domini.

Pentecoste cū duobus diebus sequentibus.

Corporis Christi.

Festi item dies beatæ Mariæ virginis, & sanctorum Apostolorum.

Sancti Ioannis Baptistæ.

Mariæ Magdalenæ.

Stephani.

Laurentii.

Martini.

Michaelis.

Omnium Sanctorum, & apud singulas Ecclesias eorum sanctorum, qui ibidem singulares patroni habentur: ut in eisdem Sanctorum festis Deum in Sanctis honoremus, nosq; ad imitationem ipsorum excitemur, & consideremus orationibus ipsorum adiuuari & meritis associari.

Dies



Dies item Rogationum autē Ascēsiō-  
 nē Domini, & Letania in die sancti Mar-  
 ci, & per annum aliā consuetā processio-  
 nes pro veteri more obseruentur. Simili-  
 ter in hebdomada sancta, & circa reliqua  
 Ecclesiæ festa debitæ solennitates adhi-  
 beantur: & in vigilia Paschæ & Penteco-  
 stes aqua Baptismalis per omnes Eccle-  
 sias parochiales solēni benedictione præ-  
 paretur.

Ac cū abstinentia carniū, quæ non  
 abominationis, sed temperatiæ causa su-  
 scipitur, per se bonā & ad carnē castigā-  
 dam apta sit, ac etiam publica vtilitas po-  
 stulet, vt certis temporibus à carnibus ab-  
 stineamus, cū aliās pecora ad assiduū  
 carniū esum sufficere vix possint, mos  
 & institutum veteris Ecclesiæ diebus ie-  
 iuniorum, feria sexta & sabbato à carni-  
 bus abstinēdo, retineatur. Hanc enim ab-  
 stinentiam Ecclesia ex nulla superstitione  
 suscepit, quæ à cibis quibusdam certis  
 temporibus abstinet, non ob vllam cibo-  
 rum immunditiam (sciens omnia munda  
 esse mundis, & nihil inquinare hominem  
 quod per os ingreditur) sed ad edoman-  
 dam carnem, vt anima à prauis cupidita-  
 tibus, & à malis motibus melius humilie-

## I N T E R I M.

tur: eamq; abſtinentiam præcipuè diebus feriæ ſextæ & ſabbati indixit, vt homines ad cultum Deo debitum perſoluendum ad auditionem verbi Dei, & ad ſacroſanctæ Eucharistiæ perceptionem (quæ olim frequentior diebus dominicis ſeruabatur) biduana abſtinentia præparati, magis idonei & digniores accederent: & vt hac voluntaria caſtigacione quaſi cum Chriſto (cuius paſſionis memoria his diebus potiſſimùm à fidelibus recolitur) carnẽ ſuam crucifigerent. Conſueta etiã Eccleſiæ ieiunia obſeruentur, ſed ita tamen, vt non aſtringantur quos neceſſitas excuſat: quales ſunt qui grauioribus laboribus exhauriuntur, & peregrinantes, item grauidæ mulieres, lactentes pueri, ſenes, ægroti.

Nec improbetur benediçtio earum rerum, quæ exorcismis & orationibus ad vſum hominum præparantur, dummodo operationes quæ inde naſcuntur, non rebus ipſis, ſed diuinæ virtuti tribuantur: & caueatur, ne eadem ad vllum incantationis aut ſuperſtitionis genus transferantur.

Et quanquam cum Apoſtolo ſentendum, cum qui cælebs eſt, curare quæ ſunt  
domini,

domini, &c. eoq; magis optandum multos, inueniri clericos, qui cum cœlibes sint, verè etiam contineant: tamen quum multi, qui ministerii ecclesiastici functiones tenent, iam multis in locis duxerint vxores, quas à se dimittere nolint, super ea re generalis Concilii sententia expectetur: cum alioqui mutatio in ea re, vt nunc sunt tempora, sine graui rerum perturbatione nunc fieri non possit.

Illud tamen negandum non est, etsi coniugium per se honorabile est, iuxta scripturam: eum tamen qui non ducit vxorem, & verè continet, melius facere, secundum scripturam.

Eadem est ratio vsus Eucharistiæ sub vtraque specie, cui multi etiam assueuerunt, & ab eo auelli sine graui rerum motu hoc tempore non possunt: & quia Concilium Oecumenicum, cui omnes Imperii Status se submiserunt, proculdubio piam & sollicitam curam adhibebit, vt in hoc casu cōscientiis multorum & publicæ tranquillitati optimè consulatur, qui vsum vtriusque speciei antehac receperunt, eumque relinquere nolunt, super ea quoq; re deliberationem & sententiã Oecumenici Concilii expectent.

Hi ta

## I N T E R I U M

Hi tamen qui vtriusque speciei vsum amplectuntur, illam inueteratam sub vna specie communicandi consuetudine reprehendere non debent: nec alteri alteros perturbent, donec super ea re Concilium Oecumenicum decreuerit.

Et quanquam Sacramentum Eucharistiæ sub vtraque specie institutum est, non tamen sentiendum est Christum in carne diuidi, contra quam scriptura diuinitus inspirata tradit, sed sub singulis speciebus integrum contineri.

Ac quoniam in Sacramento Eucharistiæ est verum Christi corpus, & verus Christi sanguis, in hoc Sacramento Christum merito adorari debere.

Item Sacramentum Eucharistiæ semel verbo Christi consecratum, etiam si asseruetur diutius, tamen Sacramentum & corpus & sanguinem Christi remanere donec sumatur.

Quæ verò ad disciplinam Cleri & populi pertinent, videntur cum primis necessaria esse ad tollenda ex Ecclesiis scandala, quæ dant magnam causam horum temporum perturbationi, id quod res ipsa loquitur. Itaque si quam Ecclesiis vtilem reformationem Cæsarea Maiestas  
procu

procurauerit, tantum abest vt quisquam  
 sanctæ religionis nostræ & publicæ tran-  
 quilitatis studiosus repudiare eam velit,  
 vt omnes etiam pro ea citius pro-  
 mouenda & procuranda, Cæsa-  
 ream Maiestatem obni-  
 xè & humillimè  
 precari de-  
 beant.

✻  
 F I N I S.

EX CNDERT

THEOBALDVS

PAGANVS

1 3 4 8

1576248

IN TERTIO  
 PROCESSIONE  
 HUIUS REGNI  
 QUONIAM  
 ET CETERA  
 MONTANA  
 ET CETERA  
 ET CETERA

Lugduni,

2 M D C

EX CVDEBAT

THEOBALDVS

PAGANVS.

1548

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



